










*[Faint handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is illegible due to fading.]*









1660.

- 1<sup>o</sup> = Couringius, Hermannus : De legatis. 2 Exempl.
2. Eichel, Johann : De rerum corporalium inter privatos alienatione
3. Glaeserus, Enoch : De vectigalibus.
4. Glaeserus, Enoch : De mutuo
5. Hapnius, Henricus : De amicitia divortio.
6. Wernerus, Georgius : De regali vectigalium jure.
7. Wernerus, Georgius : De momento temporis.
8. Wernerus, Georgius : De beneficio rationis in solutione.
- 9<sup>o</sup> = Wernerus, Georgius : De jure confessionis. 2 Exempl. 1660  
1758.
10. Wernerus, Georgius : De poenitentia.
11. Wernerus, Georgius : De judicio feudali.



12. Wernerus, Georgius: De notorio.

13. Wernerus, Georgius: De rationibus







1. Humerus, Gorgon: De historia

2. Humerus, Gorgon: De rationibus





DISCURSUS JURIDICUS  
DE  
RERUM CORPORALIVM INTER  
PRIVATOS ALIENA-  
TIONE,

2 V E M

AUXILIANTE DEO,  
SUB PRÆSIDIO

DN. IOHANNIS Eichel/  
PHILOS. ET V. J. D. PANDECTARVM  
PROFESSORIS ORDINARI, ET h. t. HUIUS AL-  
MÆ ACADEMIÆ JULIÆ PRO-RECTO-  
RIS MAGNIFICI,

Dn. Hospitis, Præceptoris, & Fautoris sui  
æternùm devenerandi.

*Publica disquisitioni subiciet*

A U T O R

FRANCISCVS de la BRASSIN

B. B.

DIE APRILIS

IN IVLEO NOVO

❁ (o) ❁

HELMÆSTADI,  
Typis JOHANNIS HEITMULLERI

Anno clb lb c LX.

27

1660, 2

3

/









IN NOMINE TRINUNITIUS DEI,  
PATRIS, FILII ET SPIRITUS  
SANCTI.

**O**mnium ab initio rerum inter primos humani generis autores fuisse communionem, nec illorum paucitas pariter & nondum nota cupido habendi, nec ævi illius conditio & Universi vastitas dubitare nos sinit. Quod quidem, ne alios præter necessitatē in testimonium vocem, haud imprudenter innuit Scipio Amiratus lib. 12. disc. 1. in Tacitum his verbis: *Non dubitandum est, cum omnes homines ex eodem terra limo procreari fuerint: quin inter illos nulla Graduum, nulla Nobilitatis differentia sit Iure Naturæ: ideoq; omnes aequo jure nasci, & cuncta Naturæ munera omnibus absq; distinctione dispertita esse.* Et verò non tantum ex Sacra Historia, qua antiquiorem non habemus; sed & prophana, tum Poëtarum, tum Philosophorum Gentilium traditione, veritatis æmula, satis patet, si non omnia, pleraque tamen fuisse communia, donec & experientia edocti, & necessitate quasi coacti mortales *rerum proprietatem & dominiorum distinctionem* admitterent. Quod quidem uti ipso usu noxium deprehensum est: ita *rerum communionem*, quæ nemini quicquam relinquat proprium, Civili hominum vitæ haud convenire, egregiè evincit contra Platonem & Socratem Aristoteles lib. Politicor. 2. præprimis c. 1. & 2. Quo verò argumentorum robore *communionem* illam exterminare conatur: eadem, certè non minori sollicitudine pariter & rationum pondere *rerum proprie-*

A

proprie-



*proprietatem* introducere & firmare nititur. Cui quidem plerique Prudentiores sponte sua calculum adjiciunt: inter quos unus iterum Scipio Amitatus reliquorum sententiam dicat: *Ex sylvestribus cubilibus*, ait porro d. antea loco: *ad domos arte constructas homines revocati, iis domibus multiplicatis Civitates effecerunt, utq; Societatem initam conservarent, jus aliquod communiter approbaverunt; proinde inter eos receptum fuit, ut non victus communi-  
one uterentur; sed peculiariter unusquisq; suum agnosceret.* A quo non multum abijt Johannes Barclajus, qui quaerit in Argenide sub ficta Hyanibis persona: *Quid rationi Civili putas commodius, quam ut intelligamus, quid nostrum, quid alienum sit?* lib. 4. pag. mihi 567. Quam quidem communionem communi Prudentiorum calculo explosam & receptam ubivis ferè nunc *rerum proprietatem* non potest non in Societate Civili sequi ipsa *rerum alienatio*; cum enim nemo mortalium ea utatur felicitate, ut possit ipsemet sibi omnia vitæ, non necessaria modò, sed & utilia parare: quòd ea & numero multa, & genere diversissima esse constet; sed contra ad sublevandam suam quemq; indigentiam alterius ope minimè posse carere, longa experientia adeò comprobatum sit, ut de eo amplius dubitari non possit; hinc necessariò in Civili Societate *rerum proprietatem* continuo non potuit non sequi *rerum permutatio*, ut necessaria illa vel utilia, quæ quis ipse nec haberet, nec parare posset, hoc modo sibi acquireret: quæ propterea etiam prima atque omnium antiquissima alienationis species appellari meretur. Audiamus Stagiritam & Paulum JCrum testes locupletissimos. Illum quidem lib. 1. Polit. c. 8. ubi: *Permutatio*, inquit, *est in omnibus rebus, capta primò ex eo, quod secundum naturam: quòd homines alia quidem plura; alia verò pauciora, quam satis sit, habeant.* Caterum, pergit paulò post, *subsidio longinquiore factò, importandis quibus egerent,*  
¶ ex-



& exportandis, quibus abundarent, necessario nummi repertus  
 est usus. Et rursus: Nummo igitur iam reperto, ex necessaria  
 permutatione, alterum exitit artis quarenda pecunia genus,  
 Mercatura. Nec non lib. 5. Ethicor. c. 5. ubi dicit: Neq̄ non  
 existente permutatione communicatio est, neq̄ permutatio  
 aequalitate non existente, neq̄ aequalitas non existente symme-  
 tria. Ac revera quidem fieri non potest, ut, quæ tantopere  
 distant, symmetra efficiantur; sed ad indigentiam contingit  
 satis esse: unum igitur aliquid oportet esse, idq̄ ex constitu-  
 tione, quocirca numus vocatur, is enim omnia efficit symme-  
 tra. Sic autem permutationem fuisse, priusquam numus esset,  
 manifestum est. Hunc l. 1. ff. de Contrah. empt. vend. &c.  
 cuius hæc sunt verba in pr. Origine emendi vendendiq̄ à per-  
 mutationibus capit; olim enim non ita erat nummus; neq̄ aliud  
 merx, aliud pretium vocabatur; sed unusquisq̄ secundum ne-  
 cessitatem temporum ac rerum utilibus inutilia permutabat:  
 quando plerumq̄ evenit, ut quod alteri superest, alteri desit.  
 Sed quia non semper, nec facile concurrebat, ut, cum tu haberes,  
 quod ego desiderarem, invicem haberem, quod tu accipere vel-  
 les, electa materia est, cuius publica ac perpetua aestimatio dif-  
 ficultatibus permutationum subveniret. Antiquissimam ve-  
 rò & omnium primam hanc alienationis speciem, se-  
 quitur esse alias plures, & communis plerarumq̄; cultiorum  
 gentium usus, & pleræque Rerump. sanctiones Civiles  
 abunde testantur: nec res eget ulla probatione. Ex qui-  
 bus tamen ego saltem elegi illam, quæ est rerum corpo-  
 ralium, & quidem inter privatos (hunc enim terminum  
 mihi lubens pono) Spero haud ingratum fore, si eam ex  
 iis, quibus incumbit, fundamentis deduxero, & quomodo  
 vel de Civili jure vel Consuetudine restricta & limitata sit,  
 pro ingenii mei modulo, quem exiguum esse ingenuè  
 agnosco, monstravero.



THESIS I.

Etymolo-  
gia vocis  
Aliena-  
tio.

ET verò, ut ab Etymologia vocis telam hanc ordiar-  
eam ab alienando descendere nil attinet dicere: po-  
tius ejus significationes excutere placet, quæ in jure (reli-  
quas enim etiam hinc conquirere nihil facit ad præsens ne-  
gotium) variæ sunt. (1) significat dominii, propriè & in  
specie sediti, quod est rerum tantùm corporalium, trans-  
lationem *l. 67. ff. d. V. S. Ritterhus. ad §. 11. Instit. d. Rer.  
divis pag. mihi 125.* (2) cujuslibet juris in re translationem.  
*arg. l. fin. C. de Reb. alien. non alien. Goedd. ad l. 28. ff. de V. S.  
n. 6.* (3) usucapionem etiam. *l. 28. ff. d. tit. de V. S. Goedd.  
ad eandem l. 28. n. 3. in pr. item n. 9. & 10.* (4) servitutum  
per non usum amissionem. *d. l. 28. ff. d. tit. Goedd. d. n. 3.  
& n. 11.* (5) simplicem ex dominio rejectionem, veluti, si  
quis nonnullas res suas eo animo abjiciat, ut eas in nu-  
mero suarum rerum imposterum esse nolit. Vid. latè Calv.  
Lexic. Jur. Primatamen vel sola, vel maximè propria est:  
sequentes omnes (utut aliæ magis. aliæ minus) à proprie-  
tate vocis non nihil deflectunt. per *d. l. 67. ff. d. V. S.* vid.  
Calv. in Lexic. Jur. Rittershus. *ad pr. Inst. Quib. alien. lic.  
vel non Gothofred. ad d. l. 67. ff. de V. S. sub lit. p.*

II. Hisce primùm prænotatis ad accuratam, de  
qua omnis sermo institutus est, materiæ cognitionem, de-  
finienda nunc venit strictè sic dicta rerum corporalium  
alienatio: quod quidem non incommodè fieri posse mihi  
videtur hoc modo: *Alienatio est dominii, rei unius vel plu-  
rium, à priori domino in alium, per præcedentem titulum habi-  
lem & sequentem mox traditionem, translatio, vel, ut in l. 1.  
C. de Fund. dor. definitur, est omnis actus, per quem transfer-  
tur dominium.*

III. Requiritur itaque in genere (1) *Consensus* in  
ipsam alienationem, tam à parte ejus à quo, quàm illius  
in



In quem transferendum est dominium. Quir verò ab utraque parte talis requiratur, causam luculentè exponit sagacissimus Aristot. *lib. 5. Eth. c. 8.* his verbis: *Sed in communitatibus, quæ pertinent ad commercia, id jus, quod dicitur talis seu similis perpestio, rem continet secundum proportionem, & non secundum aequalitatem: factis enim ex proportione reciprois manet conjunctio civitatis.* Quem si hinc remove- ris, nulla futura est permutatio; neque, si hæc non erit, ulla duratura Resp. aut in universum mortalium societas, eum firmissima Civilis Juris axiomata inde enata sint, ut: Quod cujusq; est, finè factò ejus ad alium transferri non posse. *l. 11. ff. d. tit.* in negotiis civilibus consensum eorum, quorum interest, requiri *l. 39. ff. de Adopt. & emancip.* Imò, ut antea dictum, jus competens domini & naturalis æqui- tas satis hoc exigit. (2) *Titulus* ad transferendum domi- nium habilis: talis enim nisi intervenerit strictè sic dicta alienatio nequaquam erit. *l. 31. ff. de Acquir. rer. dom. d. l. 67. ff. de V. S.* reservato enim sibi dominio, quomodo pro- priè alienata res dicetur, eum, cujus sint quæque res, ex dominio demum verè dignoscatur, hujusque respectu meæ, tuæ vel alterius illæ dicantur? *l. 25. in pr. ff. d. tit.* Quod quidem rursus ex Jure, quod inter diversos popu- los receptum, non potest non esse manifestum. Quando- cunque enim homo sanus & suâ ratione utens aliquid ex numero rerum suarum ad alterum transfert, id certè ob causam aliquam faciat necesse est: vel quod aliud quid pro ea recipiat, sive rem, sive numm, sive, quod ipsi donet, vel mortis causa, & vel rem aliquâ singularè, vel universum corpus, vel statim det intervivos, idque variis ex causis. In omni enim non insani hominis translatione certâ aliquâ causam subesse, nemo dubitat: quæ quidem Titulus vulgò à Rom. vocatur. Sunt autem tituli ad transferendum domi-

A 3

nium



num habiles 1. Emptio venditio l. 53. ff. de Contrah. empt. vend. l. 9. §. 4. ff. de Iur. & fact. uxor. 2. Permutatio l. 4. C. de Rer. permat. 3. Mutuū. in fin. pr. Inst. Quib. mod. re contrah. oblig. & ad illud ipsum pr. Magnific. & Excell. Dn. Præl. in colleg. priv. 4. Stipulatio l. 75. §. fin. ff. de V. O. & l. 25. §. 1. ff. de Contrah. emt. vend. vid. Dn. Ludvvell. Disp. Iustin. 12. in exeg. th. 1. sub lit. c. pag. mihi 236. nec non Sponsio illa, quæ Germ. dicitur eine Wette/ ac propemodam nihil est aliud, quàm stipulatio mutua sub conditione, sive conditio ea propria sit, & in futurum tempus, sive impropria, & in tempus præsens vel præteritum directa, arg. §. 4. Inst. de V. O. vid. Schneidv. ad eundē §. 4. Inst. d. tit. n. 15. 5. Donatio Magnific. & Excell. Dn. Præl. ad §. 2. Inst. de Donat. in colleg. priv. 6. Contractus innominatus Do, ut des, quia nihil est aliud ferè, quàm mutua quædam donatio; donatio vero non potest non esse titulus translatus dominii. 7. Contractus innominatus Do, ut facias, 8. Contractus innominatus Facio, ut des, 9. In solutum datio. l. 24. in pr. & §. ff. Quæ in fraud. creditor. fact. sunt, ut restit. l. 19. & l. 46. in pr. & §. 1. in fin. ff. de Solut. & liberat. Gothofr. ad l. 42. ff. d. tit. sub lit. S. l. 9. §. 2. ff. de Aut. & cons. tut. & cur. 10. Lusus, de Jure quidem Civ. ille solūm, per quem quædam quasi fit præparatio ad virtutem l. 2. §. 1. & l. 3. ff. de Aleat. de Jure verò naturæ nec non consuetudinario quivis, non modò in quo ingenium & fortuna quasi miscentur; sed & in quo sola fors versatur. Posterius communi Dd. sententia probat Jul. Clar. §. ludus n. 7. & Schnobelius Disp. ad ff. 7. th. 28. in fin. modò non apertè pietatem vel honestatem impugnet lusus. Prius egregiè demonstrat Excell. Hahn. in observ. ad Vvesenb. ad tit. ff. de Aleat. n. 1. his rationibus: quia 1. Jure Nat. licita sit animi oblectatio. 2. quia sit quasi donatio sub conditione facta, ejus, quod in eventum



tum in ludo deponitur, & 3. quia sit licitum quoque bona fortunæ ludo committere, exemplo sortis, emptionis spei, jactusve retis. II. Heredis, maximè extranei, institutio, l. 20. in pr. ff. de Acquir. vel omitt. hered. in verbb. quasi alio jure dominus. l. 37. ff. eod. tit. ibidemq; Gothofred. in marg. sub lit. f. §. fin. vers. Pro herede autem gerere in fin. Inst. de Hered. qualit. & differ. & arg. l. 48. in pr. ff. de Hered. instit. & substitutio, quia & ipsa est heredis secundo vel ulteriori loco seu gradu institutio. l. 43. §. 2. ff. de Vulg. & popill. substit. l. 8. C. de Impub. & aliis subst. Notanter autem maximè dixi extranei; sanguine enim arctè conjuncti pro iisdem ferè in jure habentur Borcholt. ad §. 2. Instit. de Nupt. v. g. Pater & filius. l. ult. in fin. C. de Impuber. & aliis subst. junct. l. 22. §. 1. C. de Agric. & censit. & colon. Frater & soror. Rittershus. add. §. 2. Inst. de Nupt. in comment. novo pag. mihi 69. in fin. Adeoque nisi extraneus heres instituat, vix alienatio appellari poterit institutio, cum dicta videatur inde alienatio, quod res ex propriis prorsus alienas faciat 12. Legatum, quia est etiam donatio quædam. §. 1. Instit. de Legat. & 13. tandem Fideicommissum. arg. §. 1. Instit. de Fideicommiss. hered. & ad Sct. Trebell. Rittersh. ad pr. eiusdem tit. in comment. novo, pag. mihi 321. in fin. 3. ut consummata dici possit alienatio, requiritur alienandæ rei Traditio l. 9. §. 4. vers. qua ratione in verbb. vendiderit & tradiderit. ff. de Acq. rer. dom. eaque vel vera; cum res alienanda est facilè mobilis, nec jam antè ex causa quadam non translative dominii (v. g. precarii, commodati, depositi vel alia) penès illum, in quem alienari debet; vel fictitia, quæ vel fit traditione notæ seu symboli alicujus, rem ipsam principalem repræsentantis, cum res alienanda nimirum est immobilis, aut difficulter mobilis: quemadmodum facta traditione clavium, cellæ vinariæ, vel



vel horrei, tradita & alienata censentur ipsa vina, vel  
merces in horreo recondita. l. 1. §. pen. ff. de Acquir. vel  
omitt. possess. & eleganti l. 74. ff. de Contrah. empt. vend.  
quemadmodum etiam tradito instrumento autoritatis,  
res ipsa, quæ in eo continetur, tradita intelligitur. l. 1. C. de  
Donat. vel fit per fictionem brevis manus, cum res alie-  
nanda jam ante, sed tamen non ex causa translativa domi-  
nii, penes eum est, in quem alienari debet. l. 15. ff. de Reb.  
cred. sicut. pet. & de condiēt. Reliqua requisita specialiora  
pertractabuntur in seqq.

**Dubiorū** IV. Sed *Discutiendum* hinc adhuc, antequam per-  
**nonnullo** gam ad alia, unum atq; alterum est *dubium*. Ad legitimas  
**rū circa** alienationis species quidam referunt etiam *rei* (ut ita di-  
**materia** cam) *derelictionem*, seu illam, quam dixi supra *th. 1.* sim-  
**Aliena-** plicem ex dominio rejectionem: at certè deprehensu fa-  
**tionis ex** cilem errare mihi videntur errorem, idque ex hac ratio-  
**susio,** ne, quia res pro derelictis habens non habet animum rei  
**quorum** suæ dominium in alium transferendi: minimè namque  
**primū est** curat, utrum ad alium res à se derelictæ perveniant nec ne,  
**de rebus** saltemque vult eas non amplius esse in rerum suarum nu-  
**pro dere-** mero. Ast verò in vera rei alienatione intervenire ne-  
**liētis ha-** cesse est non simplicem saltem dominii abdicationem; sed  
**bicis.** & ejusdem in alium translationem, uti patet ex *th.* proximi-  
mè præcedenti. Aliud tamen dicendum est in paucis  
quibusdam casibus, quibus omnino hoc intenditur, ut res  
fiant alterius. *arg. l. 5. §. 1. ff. Pro derel.*

**Secundū** V. Ex eadem modò memorata ratione alienatio-  
**de rebus** nis speciebus accenseri nequit etiam *rerum* ponderosio-  
**levanda** rum *imminente naufragio ex nave in mare proiectio*: cum  
**navis** enim alienandi, h. e. dominium earum transferendi in  
**causa pro** alium animo non sint ejectæ; hinc res illæ priorum do-  
**iectis in** minorum esse non desinunt, per elegantē, §. *fin. Inst. de Rer.*  
**mare.** *div.*



*div. & acq. ips. Dom. & l. 9. §. fin. ff. de A. R. D. Nec anume. Tertius*  
*rari potest eis projectio rerum ex adibus incendio flagranti de rebus*  
*bus: cum servare eas ab incendio, non autem alienare eiectis*  
*velit dominus projiciens. Hinc tales res priorum do. seu ex-*  
*minorum permanent, & in auferentes eas condignè portatis*  
*animadvertitur. l. 1. in pr. & l. 5. in pr. ff. de Incend. ruin. ex adi-*  
*naufr. bus fla-*

VI. Opponat hic quis etiam per *emptionem vendi. grätibus*  
*tionem non semper transferri dominium ex l. 25. §. 1. ff. de incēdio.*  
*Contrah. empt. vend. adeoque nec eandem veram esse spe. Quartū*  
*ciem alienationis! Respondeo dupliciter: 1. emptorem de rebus*  
*cogi semper venditorem facere dominum pretij, & pro emptis*  
*pterea vel hoc respectu emptionem venditionem esse ge. veditis.*  
*nuinam alienationis speciem, per l. 11. §. 2. ff. de Act. empt.*  
*& vend. 2. verum esse, per emptionem - venditionem*  
*non semper necessariò transferri dominium rei venditæ*  
*in emptorem, & sufficere, si præstetur evictio, per d. l. 11.*  
*§. 2. ff. d. tit. verum inde minùs rectè inferri & concludi:*  
*E. emptio - venditio non est alienationis vera species:*  
*utut enim necesse non sit semper per emptionem, vendi-*  
*tionem transferri rei venditæ dominium; fieri tamen po-*  
*test, ut illud ipsum dominium per eam aliquando trans-*  
*feratur. Imò ut plurimum ex contrahentium mente*  
*dominium transfertur; quod quidem regulæ instar in Jure*  
*Civili semper est sequendum. Et quoties venditor verus*  
*rei venditæ dominus est ipse, toties, simul ac solutum fue-*  
*rit pretium, aut satis eo nomine datum, aut de pretio fides*  
*habita, ejusdem dominium in emptorem etiam transferr.*  
*d. l. 11. §. 2. ff. d. tit. l. 9. §. 4. ff. de I. & F. ignor. l. 19. & l. 53 ff.*  
*de Contrah. empt. vend. Nec potest ulla unquam emptio-*  
*venditio celebrari sub expressa hac conditione, ne trans-*  
*eat ad emptorem rei venditæ dominium. l. 80. §. 3. ff. d.*

B

modò



*modò tit.* ut autem certo tempore saltim transeat, conveniri potest, ut in pacto de retro vendendo, est clarissimum. Manet itaque, quòd vera alienationis species sit emptio-venditio.

*Quintũ de rebus usucap. sis.* VII. Sed *usucapionem* etiam ex iisdem causis legitimam putet quis alienationis speciem, & dicat in dubiè per eam quoque rerum transferri dominium! Respondeo: Non esse propriè sic dictæ alienationis speciem usucapionem: quod evincitur facillè immoto hoc principio, quia propriè sic dicta alienatio rei traditione finitur, eaque factâ, ceu perfecta & consummata dominium in continenti transfert, arg. §. 40. *Inst. de Rer. div. & acq. ipsar. dom.* Quotiescunque E. res ita sunt traditæ, ut ad acquirendum earum dominium usucapione adhuc opus sit, toties certissimum indicium est, verè non esse alienatas.

*Sextũ de rebus a. missis in via.* IIX. *Res casu quodam ab insciis dominis amissas in via,* minimè alienatas quoque dici posse, ex eo liquet, quòd nullum planè requisitum illic adest genuinæ alienationis: nec consensus, nec titulus habilis, nec traditio. Rectius forsitan *res in bello ablatæ* dicentur alienatæ: venduntamen cum istic etiam ex mera violentia externa perdeant omnia, vix & illæ propriè alienatæ, meliusque forsitan bello ablatæ dici poterunt. Quamvis hîc iudicium suspendam.

*Aliena. visio i. in eam que fit inter vivos, & eam que fit ultima voluntate legibus conformis.* IX. Dividi verò potest Alienatio 1. *in eam, que fit inter vivos, & eam que fit ultima voluntate legibus conformis.* ut supra innuimus, arg. princ. nec non §. 1. iunct. §. 2. *Inst. de eam que Donat.* Ad priorem pertinent illæ species, quæ fiunt per emptionem venditionem, permutationem, mutuum, stipulationem, donationem inter vivos, contractus innominatos: do, ut des: do, ut facias, & facio, ut des, in solutum donationem & lusum. Non, quòd illæ quoque non possint



Ante vel in ultima mortis hora fieri, de eo enim haud est tate, le-  
 ambigendum; arg. l. 32. §. 4. ff. de Donat. int. vir. & ux. sed gibus co-  
 quod communiter & plerumque soleant fieri tunc, cum *fermi*  
 nullus adhuc mortis metus subest, cumque sanitate adhuc  
 integra utimur, & de vitæ prolongatione bono animo su-  
 mus. Ad Posteriores, quæ per heredis institutionem aut  
 substitutionem fiunt, vel per legatum, vel fideicommis-  
 sum, vel mortiscausa donationem; Non, quod non fiant  
 inter vivos; fiunt enim omnino, & à jam mortuis ne na-  
 turales quidem actus ulterius exerceri possunt, multo mi-  
 nus civiles; sed propterea, quod vel in extremo vitæ arti-  
 culo, adeoque à jam moribundis ferè fiant, vel certè me-  
 tu mortis imminentis. d. §. 1. Inst. de Donat. aut demum o-  
 bitu alienantis confirmantur, nec ante valeant. Vid. Dn.  
 Ludv. vell. *Disp. Justin. 7. in exeges. th. 2. sub lit. f.*

X. 2. *In arbitrariam & necessariam, arg. l. 78. §. 4. ff. 2. in ar-*  
*de Jur. dot.* Illa est, quando alienans nulla necessitate ad a-  
 lienandum compellitur; sed alienationem proprio motu *bitrariã*  
 ac liberrimè, secundum leges tamen legitimè, perficit. *& neces-*  
 Hæc, quando non agit liberè; sed publica vel necessitate, *sariam.*  
 vel utilitate ad alienandum invitatus adigitur. Sed obstant *ubi simul*  
 huic asserto l. 11. & l. 14. C. de Contrab. empt. vend. ex quibus *aliquod*  
 manifestissimum est: *Neminem cogendum esse, ut quicquam solvitur*  
*vel acquirat, vel alienet*: idque sine gravi injuria fieri non *rursus*  
 posse. Respondeo: *ordinariè* quidem hoc esse verum; *in dubium,*  
*casu verò extraordinario, cum utilitas vel necessitas publica de alie-*  
*alienationem postulat, falsissimum*: quotiescunque enim *nandi li-*  
 publica utilitas vel necessitas aliquid exigit, tantum abest, *bertate*  
 ut cum injuria quadam conjunctum illud sit, ut parere non *vel neces-*  
 sit nisi æquissimum, quando quidem Reip. quilibet civium *sitate.*  
 & se & sua omnia obligarit. Publica privatis anteferenda  
 bonis, etiam invito, ecquis prudentiorum est qui nesciat?



Salus populi i. e. publica, suprema lex esto inquit Cicero<sup>s</sup>, cui proinde merito reliquæ cedent omnes, secundum ea, quæ tradit elegantissimè Eximius Boxhornius *lib. I. Instit. Polit. c. 6. §. 10.* Quinimo necessitas ( ut habet tritum satis vulgiverbium ) frangit omnem legem, nec ullam patitur.

3. in im- XI. 3. In immediatam & mediatam. arg. l. 60. §. 4. in  
mediatã pr. ff. Mand. & l. 9. §. 4. vers. Quæ ratione ff. de A. R. D. qua-  
& medi- rum etiam illa directã hæc obliqua dici potest. Est autem  
atã, seu Immediata alienatio, quando rei dominus in propria per-  
directã sona, sinè interventu alicujus tertij, dominium ejus à se  
& obli- transfert in alterum. Mediatã, quando non immediatè  
quam. ipse; sed per tertium quendam intermedium ( procurato-  
rem sufficienti mandato à se instructum ) rem alienat, at-  
que ex sua facit alterius. In effectu tamen planè cum prio-  
ri hæc æquipollet; quod enim per alium quis facit, id idem  
est, ac si ipse fecisset: imò id ipse fecisse censetur, l. 56. ff. de  
Solut. & liber. cap. 72. qui facit de R. I. in 6.

Membrũ XII. Præmissis his, non immeritò quæritur jam:  
1 tracta- Quinam efficaciter res alienare possint? Ad hanc quæstio-  
tionis nem respondeo per hanc majorem: Quicumq; sunt rerum a-  
principa lienandarum domini, & liberam habent rerum suarum admi-  
le, de Per nistracionem, vel legitimum mandatum habent speciale ad ali-  
sonis, quæ enationis actum, aut generale administrandi cum libera, illi  
possunt cum effectu possunt eas alienare. arg. §. 40. Inst. de Rer. di-  
alienare, vis. & A. D. arg. l. 21. C. Mand. vel contr. arg. l. 11. §. fin. ff.  
de Pign. act. vel cont. & l. 17. §. 3. ff. de Iureiur. siv. volunt.  
siv. necess. siv. iud. junct. l. 5. §. 3. ff. Mand. l. 58. ff. de Procur.  
& def. ibidemq; Gothofr. in marg. sub lit. h. l. 9. §. 4. vers. Qua  
ratione ff. de A. R. D. ac denuo Gothofr. ad eand. in marg. sub  
lit. p. Vinn. in pr. ad tit. Inst. Quib. alien. lic. vel non. Ra-  
tio majoris hujus in eo fundata est, quòd alienationis ne-  
cessarium requisitum est ipsa dominij ( uti jam ante inno-  
tuit



tuit ex th. 3, 4 & 5.) translatio: illud autem transferri nisi à rei domino, liberam ejus administrationem habente, (cum dominium sit jus omnium pinguisimum, ut ajunt, & excellentissimum) vel illo, qui à tali domino mandatum alienandi in specie, aut generale agendi cum libera potestate habeat, minimè potest; cum, quod ipse nullo modo quis habet, hoc in alium eum transferre posse, per sit absurdum per l. 20. in pr. ff. de A. R. D.

XIII. Alienare E. possunt solummodo rerum alienandarum domini, administrandi facultate libera præditi, eorumque modò descripti mandatarij: Illi quidem alienant autoritate propria ac principaliter; ast hi mandato alieno ac minùs saltem principaliter.

XIV. Sed rursus dubium quoddam hinc suboritur, idque ex §. 1. Inst. Quib. alien. lic. vel non. ubi expressè asseritur, quòd creditor rem pignori saltem sibi obligatam possit vendere, non obstante hoc, quòd ejusdem non sit dominus, nec mandatum à domino habeat. Respondeo: Pignoris illa venditio firmitati præmissæ majoris, cujus sunt diversa membra, revera nihil derogat: utut enim hic alienans pignus, ipse dominus pignoris non sit; tamen alienatio non potest non fieri consentiente debitore, vel rei domino, quod exinde probo, quia quicumque in totum & lege determinatum aliquod negotium consentit, is in omnes ejus negotij partes consentire non immeritò censetur, cum in toto & partes contineantur. l. 113. ff. de R. I. de re pi. Contractui verò pignoris tacitè semper rei opignoratae distinctio, quantumvis sub conditione, si debitum non solvatur, inest, expressa l. 4. vers. Sed et si non convenerit. ff. de pign. act. vel cont. ideoque debitor in contractum pignoris consentiens, simul etiam in hanc alienationem consentire judicandus est, & annumerandus creditor alienans

B 3

man. pressum  
habet.



*mandatariis mandatum speciale ad alienationis actum haben-*  
*tibus: nam si mandasse intelligitur is, qui res suas gerenti*  
*præsens non contradicit, per l. 6. §. 2. & l. 53. ff. Mand. vel*  
*cont. multo magis id affirmare licebit de eo, qui consensit.*  
*Vid. Dn. Rittershus. in comment. nov. ad d. §. 1. Inst. de tit.*  
*Quib. alien. lic. vel non, pag. mihi 216.*

*vel alie-* XV. Argumento autem à contrario deprompto e-  
*nare non* jus, quam formavi, majoris, *alienandi potestate destituun-*  
*possunt:* tur in universum omnes, qui non sunt rerum alienanda-  
*quales* rum domini, aut domini quidem sunt; non habent autem  
*sunt:* liberam simul eas administrandi facultatem, quique, cum  
domini non sint, legitimo quoque mandato & necessaria  
ad alienandum potestate aliunde non sunt instructi.

*1. Manda* XVI. Hujusmodi sunt: I. *Mandatarij, qui generale*  
*tarij uni* *habent equidem; sed non cum libera mandatum: eos enim a-*  
*versales* alienare non posse, expressè deciditur in l. 63. ff. de Proc. &  
*non libe-* def. exceptis saltem fructibus, & alijs rebus corruptioni fa-  
*ri.* cilè obnoxijis. Refellitur itaque satis evidentè Giphanius,  
statuens, (teste Dn. Rittershus. in commentar. nov. ad pr. &  
§§. sex priores, itemq; §. pen. Inst. de Mand.) qua distinguitur  
inter mandatum cum libera & sinè libera administratio-  
ne, divisionem, in jure prorsus esse inauditam; manifesta  
siquidem inter utrumque differentia ex modò d. l. 63. ff. de  
Proc. & def. collata cum antecedente l. 58. ff. eod. tit. d. ali-  
quoties l. 60. §. 4. in pr. ff. Mand. vel cont. & d. l. 9. §. 4. vers.  
Quaratione ff. de A. R. D. ad quam postremam videndus est  
etiam Gothofr. in marg. sub lit. p. satis elucet. Conf. Schnob.

*2. Manda* XVII. 2. *Procuratores habentes mandatum speciale,*  
*tarij par* *sed non ad alienationis actum: omnino namque intra man-*  
*ticulares* *dati terminos se continere coguntur: adeò, ut si vel mini-*  
*non ad a-* *mum mandati limites transiliant, culpa neutiquam care-*  
*ctum ali-* *ant*  
*enationis*



ant. l. 5. in pr. ff. Mand. vel cont. & §. 8. Inst. de Mand. ad quem elegantissimè commentatus est Magnific. & Excell. Dn. Præl. incolleg. priv. Atque in dubio quidvis potius, quàm alienatio mandata præsumitur, nisi res sint, quæ servando servari non possunt. arg. d. l. 63. ff. de Proc. & def.

XIX. 3. Pupilli. Eorum adeò infirma est ætas & lubricum consilium, ut sinè tutorum autoritate nec velle, nec nolle credantur. l. 180. ff. de R. I. ac proinde in illis negotijs, quæ fiunt animi iudicio, (quale maximè est etiam alienatio) frustra sunt omnino, meritoque locus ipsis non relinquitur. l. 9. in pr. & §. 2. ff. de Autor. & cons. tut. & curat.

XIX. 4. Minorenes. Sunt quidem hi iudicio paulùm majori & maturiori quàm pupilli; veruntamen etiam vel nulla adhuc, vel perexigua experientia confirmato, eaque propter non potest non fragile quoque & infirmum esse eorum consilium, imò multis captionibus suppositum, multorum insidiis expositum, ut sunt verba Ulpiani in l. 1. in pr. ff. de Minor. 25. ann. ut adeò meritò quoq; illis libera rerum suarum administratio, usus publici causa, non temerè committatur. Hinc, si sunt sub cura, (semper enim non sunt: quia invitis, præterquam ad lites, minoribus curatores dari nequeunt. §. 2. Inst. de Curat. l. 43. §. 3. ff. de Proc. & def. Dn. Ludvvell. Diss. Justin. 3. in exeg. habentes et h. 9. sub lit. c.) alienare non possunt sinè curatorum suorum consensu: per elegantem sanè textum in l. 3. in pr. C. de In integr. rest. minor. 25. ann. Ratio, quemadmodum jam dum dixi, hæc est, quia bonorum libera administratio illis adempta, curatoribusque, quatenus ex usu minorum est, à lege vel Magistratu demandata est. Sunt tamen qui de quorùm diversum ab hoc sentiunt, statuentes minorenes curatores testamē habentes posse testari. Testari autem, teste Magnific. & Excellen. quod sol-



*vitur* *cellentiss. Dn. Præs. in colleg. priv. ad pr. & §. i. Inst. Quib.*  
*per occa-* *non est perm. fac. test. nihil aliud est, quàm liberrimè de re-*  
*sionè du-* *bus suis disponere. Probare conantur suam sententiam*  
*bium.* *per l. 5. ff. & l. 4. C. Qui test. fac. poss. Verùm leges illæ ne-*  
*cessariò sunt interpretandæ de minoribus curatores non ha-*  
*bentibus; de curatores enim habentibus expressè non lo-*  
*quuntur, vel ita, ut cum consensu curatorum testari saltem*  
*possint: nam secus æternum erit inter eas & d. l. 3. in pr. C. de*  
*In int. rest. min. 25. ann. aliasque plures diffidium, contra*  
*expressum §. 8. Constit. Iustiniani nostri de ffor. concept. ad*  
*Tribonianum. Sin autem nullius curatela subsunt, alienare*  
*quidem possunt, cum sui juris sint, adeoque nihil illis ob-*  
*stet; sed, ne tamen quis incautos illos circumvenire præ-*  
*sumat, si enormiter se læsos senserint, intra definita tem-*  
*pora, probata læsione, restituantur in integrum. d. l. 3. vers.*  
*si verò C. de In int. rest. min. 25. ann. & tot. tit. ff. de Min. 25.*  
*ann. ut & l. 9. §. 4. ff. de Iureiur. siv. vol. siv. nec. siv. iud. Sci-*  
*endum autem est minoribus hoc beneficium competere*  
*quadriennio continuo per l. 7. C. de Tempor. in integr. restit.*  
*tam minor. & c. initiumque capere hujus beneficij præscri-*  
*ptionem, quando majorenes fiunt ipsi minores, h. e. æ-*  
*tatis anno, de Jure Civ. 25to. pr. Inst. de Curat. de Jure verò*  
*Saxon. 3imo. art. 42. lib. 1. & Echn-Recht cap. 26. planè*  
*completo, i. e. non nisi post ultimum ultimi diei momen-*  
*tum: id enim favor minorum postulat. Sed illas res, quas*  
*ne quidem curatores habentes minores alienare possunt*  
*cum eorum consensu, curatores non habentes simpliciter*  
*quoque alienare prohiberi, rationi maximè consentane-*  
*um est. Tales res sunt: Prædia minorum rustica & subur-*  
*bana. l. 1. in pr. & §. 2. ff. de Reb. eor. qui sub tut. vel cur. sunt*  
*sen. decr. non alien. vel suppon. Mancipia rustica & urbana.*  
*l. 22. in pr. & vers. Ante omnia igitur. C. de Adm. tut. vel*  
*curat.*



curat. & pecun. pupill. fener. vel depon. Domus, in qua pater defecit minorque crevit, ac immobilia quævis alia. d.l. 22. vers. Nec verò domum, C.d. xii.

XX. §. Furiosi. Hi planè non intelligunt, quod agunt: ideoque nullum negotium gerere possunt, §. 8. Inst. de Inut. stip. Imò nulla eorum est voluntas, & per consequens nullus consensus, l. 40. ff. d. R. I. quippe qui voluntatem perfectam præsupponit & sequitur. Per omnia & in omnibus habentur tanquam absentes vel quiescentes. l. 2. §. 3. ff. de Jur. codicill. l. 1. §. 3. ff. de Acq. vel amitt. poss. & inde æquissimo jure curationi quoque subjiuntur, cum nullo modo sibi ipsi prospicere, aut rebus suis utiliter præesse possint: iuxta §. 3. Inst. de Curat. Distinguenda sunt autem, si furor non est perpetuus; sed dilucida furiosi habent intervalla, momenta temporum: induciarum enim tempore alienare utique possunt, arg. §. 1. vers. Item furiosi. Inst. Quibus non est permiss. fac. test. quia cessante ratione prohibitiva, (quæ in ipso consistit hîc furore) illico cessat & ipsa meritò prohibitio.

XXI. 6. Mente capti: qui eo ipso differunt à furiosis, quòd delirio intra se saltem aguntur, externè verò placidè agunt, & quietè cum aliis conversantur; cum contra furore rabidi violenter omnia agere, omnibusque, imò sibi ipsis etiam, periculum intentare soleant. Quia horum etiam malè sanum, imò nullum est iudicium, hinc ipsis quoque bonorum suorum administratio rectè adempta est, & perinde ac furiosis, curatores eis ordinati sunt. Vid. Schneidvv. ad d. §. 3. Inst. de Curat. Paritamen modo, quo in proximè præcedenti th., hîc quoque, si non perpetuum patiantur delirium mente capti; sed dilucida sint intervalla, discerni temporum articulos postulat omnimoda utrinque occurrens rationis identitas.

C

XXII. 7.





7. *Lesa* XXII. 7. *Lesa Majestatis & perduellionis rei. l. 5. §. 4. Majesta. & l. 6. §. 1. C. Ad L. Iul. Majest.* Ratio est, quòd inter alias *ris & pœnas* illi bonorum quoque patiuntur publicationem *Perduel. l. 1. C. de Petit. bonor. subl. Magnific. & Excellent. Dn. Præf. liõis rei. incolleg priv. ad §. 3. Inst. de Publ. iud.* qua de dominio suarum rerum ita deiciuntur, ut de ijs amplius nil quicquam disponere possint: Quinimo, simul atque primùm de committendo scelere tali cogitant, rerum suarum dominium à lege ademptum illis est: ut proinde ex eo statim tempore alienationes ab illis ulterius fieri firmiter non possint, & si quas fecerint, eæ, si postea criminis hujus accusati fuerint & convicti, revocentur, nulliusque momenti esse declarentur. *d. l. 5. elegantis. 4. C. Ad L. Iul. Maj.*

8. *Filiis* XXIII. 8. *Filiis familias.* Hoc autem non crudè, sed *familiàs*, cum grano salis, ut ajunt, est accipiendum: de iis scilicet *respectu* rebus, quæ in adventitio profectitiove sunt peculio. *arg. profectii §. 1. Inst. Per quas pers. cuiq. acquir. l. 8. §. 5. vers. Filiis & advē. autem familiàs C. de Bon. qua lib. in pot. patr. constit. ex matrim. titii pe. vel al. acquir. & cor. admin.* De his quidem, quia dominium earum non habent; sed saltem administrationem; idque quamdiu pater permittit. Vid. *Locam. eleganter in marg. ad d. §. 1. Inst. Per quas pers. cuiq. acq. sub lit. d. de illis verò*, quia plenum non habent illarum dominium; sed ususfructus & administratio patris est: per *d. §. 1. Inst. d. tit. l. 6. §. 2. C. d. tit.* Quoad castrense verò & quasi castrense peculium, filii familias habentur pro patribus familias. *l. 2. ff. de Scit. Macedon. rerumque, quæ in utroque dicuntur esse, plenum habent dominium. l. 3. C. de Castr. pec. mil. & Præf. & liberam administrationem l. 6. in fin. pr. C. de Bon. qua lib. in patr. pot. const. ex matr. vel al. acquir. & cor. admin.* ad eò, ut pro arbitrio suo de iisdem disponere possint, tam inter vivos, quam ultima voluntate. *Dn. Rittersh. late*



*Interd. ad d. aliquoties §. 1. Inst. Per quas pers. cuiq. aeq. in com-  
ment. nov. pag. mihi 220.*

XXIV. 9. *Prodigi, quibus bonis interdictum est.* Ulp. 9. *Prodi-  
dit. 20. §. 12. sub fin. l. 10. ff. de Curat. furios. & al. ext. min. gi. qui-  
dand.* Furiosis hi comparantur. *l. 1. ff. d. tit. &*, quoad *bus bonis*  
*bona*, furiosum exitum facere dicuntur. Cumque à Præ *interdi-  
tore* meritò propterea rerum suarum ipsis interdicta sit *etum est.*  
administratio & alienatio, perinde est, ac si bona nulla  
haberent. *d. l. 10. ff. d. tit.* Notanter autem illos dico pro-  
digos, quibus bonis interdictum sit: quia antequam bo-  
nis eis interdicatur publicè, ac per Magistratus sententiam  
prodigi declarentur, Ethicè saltem, non etiam Juridicè  
prodigi sunt, h. e. libera bonorum suorum administratio-  
ne nequaquam destituuntur: itaque, si tunc temporis  
quicquam ex rebus suis alienant, valet omnino negotium  
illud. per textum *in §. 2. Inst. Quib. non est perm. fac. test.  
& l. 18. in pr. ff. Quis test. fac. poss.* Ratio hæc est, quia facil-  
limè possent aliàs decipi, qui bona fide cum ipsis contra-  
herent, & sinè culpa sua damno gravari: id quod iustitiæ,  
imò æquitatis ratio non admittit. Prætermittendum ta-  
men non est eosdem prodigos, *si ad meliorem vitæ morumq. Usq. dum  
frugem revertantur, ipso quoq. jure in pristinum libertatis ad meli-  
(ratione administrationis suorum bonorum) statum regredi. ores mo-  
d. l. 1. in fin. pr. ff. d. Curat. fur. & al. ext. min. dand.* Statuta res re-  
verò Norica, uti testatur Dn. Rittersh. *ad §. 1. Inst. Quib. vertan-  
non est perm. facere test. in comment. nov. pag. mihi 241.* requi-  
tunt hîc, ut ad alienandum rursus habiles à Magistratu re-  
nuntientur, & non, nisi prævia causæ cognitione, bono-  
rum administrationem recipiant: quod ut Dn. Rittersh.  
modò citato, dicto loco, ita mihi quoque valde probatur,  
& optimo sanè, majoris scilicet securitatis, fundamento  
niti videtur.



10. Muti XXV. 10. Muti & surdi simul. arg. l. 10. in pr. C. Qui  
& sur. test. fac. poss. vel non. Quantumvis his ingenita sint non  
di simul minus quam aliis prudentiæ semina; ea tamen in illis nul-  
naturâ. los possunt facere fructus: nequeunt enim de rebus admi-  
nistrandis negotiisve peragendis sufficienter informari.  
Hinc homines imperitissimi ab alienatione, aliisque ne-  
gotiis, exquisitam requirentibus intelligentiam, arcentur  
merito, & exemplo aliorum, qui rebus suis idoneè non  
possunt præesse, curatorum utuntur auxilio: secundum §.  
4. Inst. de Curat. l. 2. ff. de Curat. fur. & al. prat. min. dand.  
Intelligenda sunt autem hæc de mutis & surdis simul natu-  
ra talibus: probeque tenenda est inter hos, & illos, qui casu  
facti sunt simul muti & surdi, distinctio, ex d. l. 10. C. Qui  
test. fac. poss. vel non. nam si muti simul & surdi casu tales  
facti sunt, & præterea literarum periti, quin possint alienare, non  
est dubitandum, propter expressum textum in d. l. 10. vers. ab  
autem & hujusmodi C. d. tit. ubi simul hæc additur ratio,  
quia ante casum verisimile est experientiam illos sibi  
comparasse, & quod casus illis abstulit, hoc literarum be-  
neficio compensare possunt, voluntatem suam literis con-  
signando, consignatamque aliorum percipiendo.

De mutis XXVI. Mutos solum vel surdos, item grandævos, ac per-  
solum petuo morbo decumbentes, modò sint sanæ mentis, alienare  
vel sur- posse, humanius est statuere, nec, ut puto, juris textibus  
dis, item contrarium. Vid. l. 3. in pr. & l. 10. vers. Sin autem infortu-  
granda- nium. C. Qui test. fac. poss. vel non. l. 16. C. de Donat. Nec obstat,  
vis & per quòd sub cura sunt tales: per l. 3. §. fin. l. 4. & l. 5. ff. de Postul.  
petuò de item §. 4. Inst. de Curat. Respondeo enim I. non ob animi in-  
cubenti firmitatem, vel judicij defectum curatores eis constitui, quem-  
bus dubi. admodum furiosis, mente captis, prodigis, pupillis & mi-  
um discu noribus; sed propter ægritudinem duntaxat membrorum cor-  
titur, eis poris: adeoque per curatores non à libera bonorum suo-  
demq; fa rum



rum administratione excluduntur; sed, quatenus debilitate sua ab eadem retrahuntur, plenissimo auxilio, h. e. consiliis & opera curatorum, ex optima legum provisione, illis succurritur. Quod autem in favorem alicujus constitutum est, id in odium ejusdem detorqueri, velut iniquissimum vetant *l. 25. ff. de LL. & l. 6. C. eod. tit.* 2. *invitos multos curatores haud accipere*, autor est Gothofr. *ad d. §. fin. legis 3. ff. de Postul. sub lit. f.* quod ipsum, si valet argumentum à paribus ad paria, extendere licet etiam ad reliquos, de quibus modo sermo fait. Vid. compend. Logicæ D. Horneji B. M. *lib. 5. cap. 4. n. 6.*

XXVII. Hi sunt, qui possunt alienare res, vel non possunt: consequens est, ut excutiam nunc etiam: In quos alienari possint nec ne. Hic ut me expediam, hanc iterum formo majorem: Cum quibuscumque liberum permittitur commercium, & quibus cum, propter vitium saltem naturale, non permittitur, in eosdem licite res alienantur: nisi specialiter ad huc, ob rationes singulares, à legibus quidam excipiantur. Fundamentum majoris hujus hoc habeo: quia commercium revera est jus invicem rerum dominia transferendi. *Das man untereinander kauffen / verkauffen / und auff andere Weise seine Sachen veräußern mag.* Ulp. *tit. 19. §. 4.* Dicit quidem ille saltem, quod emendi sit & vendendi invicem jus, videturque à commercio dominij translationes, quæ aliter fiunt, quàm per emptionem venditionem, excludere; sed verè non excludit eas, proponens modo emptionem venditionem tanquam exemplum commercij illustrius: qualis textus est etiam ex interpretatione nonnullorum (Vid. Dn. Rittersh. *in comment. nov. in Inst. pag. mihi 172.*) in §. 35. *Inst. de Rer. div. & acq. ips. dom.* Accedit, quod & emptionis venditionis vocabulo quandoque significatur omnis in univ. sum alienatio. per *l. 29. §. 1. ff. de Stat. lib.* ad quam vid. etiam Dn.



Gothofr. in marg. sub lit. b. ut & ad l. 19. ff. de Act. empt. & vend. sub lit. k. nec non ad l. 23. §. 1. ff. de Liber. caus. sub hoc signo. † Hinc nihil est propemodum Interpretibus Juris communius & usitatus, quam ut res illas in commercio vocent, quæ singulorum dominio possunt subijci: contra verò, quæ privatorum dominio nequeunt subijci, res extra commercium appelliteur. Vid. Schneidvv. ad pr. Inst. de Inut. stipul. n. 2. & ad tit. Inst. de Usucap. sub quest. Quæ res possunt præscribi, n. 58. Rittersh. in comment. nov. ad §. 9. Inst. de Rer. div. & acq. ips. dom. pag. mihi 147. & ad d. pr. Inst. de Inutil. stip. pag. mihi 440. Dn. Ludvvell. Disp. Justin. 12. th. 3. & in exeg. th. ejusdem sub lit. b. Faciunt huc etiam l. 6. in pr. & l. 34. §. 1. ff. de contr. empt. vend. &c. nec non §. 4. Inst. de Legat. Meritò verò dixi: & cum quibus, propter vitium saltem naturale, commercium non permittitur: nam in furiosos, mente captos & similes, quibus, præter naturalem, ob judicii defectum, incapacitatem commercij, nihil obstat, nihilque imputari potest, quin valeat quoque facta rerum alienatio, haud est ambigendum: favores siquidem ampliandos, ut odia restringenda, novimus ex cap. Odia de R. I. in 6

XXIIX. Non licet E. argumento à contratio res suas alienare in eos, quibus cum propter eorum pravitatem moralem, commercium non permittitur: & in quos, ob alias causas speciales, legum prohibitiones speciales, res alienari non patiuntur.

Exceptis saltē illis, cum non permittitur cum hostibus l. 2. C. Quæ res export. cum qui non deb. in verbb. quos indigere convenit. Vel quòd hæc rebus com vera illis insit, vel quòd ab adversariis illis inesse credatur: commercium nam fieri quidem potest nonnunquam, ut hostis sit vir non per- bonus, atque ita nulla in eo Moralis pravitas; at nun- mittitur quam, ut adversarius eum talem existimet; sed utique in- ob eorum justum



iustum cum semper reputat: si non omnino, saltem ejus *pravitā*  
 respectu causæ, de qua controversatur inter eos & bellum *rem mo-*  
 ortum est: adeoque vel hac etiam ratione, propter Mo *rale: qua*  
 ralem pravitatem cum hostibus commercium interdici *les sunt*  
 tur: Ex mutua siquidem nascitur amicitia, ac mutui com- *Hostes,*  
 modi gratia instituitur & permittitur commercium. Ast  
 verò, cum hostes nostri nobis sint longè inimicissimi, at-  
 que proinde nil, nisi nostrum quærunt detrimentum,  
 imò nostri nostrarumque facultatum intendunt quodam-  
 modo everisionem, hinc tantum abest, ut permittendum  
 sit cum hostibus exercitium commercii, ut prorsus, in-  
 dicto bello, illud ipsum ab utraque parte simul interdictum  
 tacitè sit censendum: id quod quodammodo colligere li-  
 cet ex usitatis diffidationum formulis. Verba, quibus Fe-  
 cialis Populi Romani bellum hostibus denunciarit, ex  
 Cincio refert hæc Gell. Noct. Attic. lib. 16. cap. 4. *Quòd po-*  
*pulus Hermundulus hominesq; Hermunduli adversus Populum*  
*Romanum bellum fecere deliqueruntq;, quòdq; Populus Ro-*  
*manus cum populo Hermundulo hominibusq; Hermundulis bel-*  
*lum iussit, ob eam rem Ego Populusq; Romanus Populo Her-*  
*mundulo Hominibusq; Hermundulis bellum indico facioq;.* In  
 evulgato nuper typis Jure Feciali armatæ contra Svecos  
 Daniae, hæc habentur: *Wie wir denn/ auff bedachsamem*  
*Einraht unsers ansehnlichen Reichs-Rahts/ (svalu Senato-*  
*rum Regni) und einmütigen willigen Vorschub unserer ge-*  
*trewen Untersassen/ dem Durchleuchtigen Fürsten/ H. Carl*  
*Gustaven / der Schweden/ Gothen und Wenden Könige/ zu-*  
*sampt der Cron Schweden und dero Untersassen/ einen offen-*  
*bahren Krieg und Fehde/ so woll zu Lande / als zu Wasser/ aller*  
*Völeker Rechten gemäß/ hiemit/ durch unsern Herold/ gebühr-*  
*lich ankündigen / und alle nachbahrliche Freundschaftt*  
*auffheben.* Manifestius id autem inde liquet, quòd (quem-  
 admodum



admodum non ita pridem, in ita inter Serenissimos Sveciæ  
Danicæque Reges pace Rotschildiensi, ipsemet audiui)  
bello pace finito, ex suggestis, autoritate superiorum pu-  
blicitè proclamatur: Licere jam civibus, ac in univer-  
sum subditis, iterum utrinque coire, iisdemque impo-  
sterum licita rursus ac libera esse invicem commer-  
cia, *Das sie wieder sicher und ungehindert untereinander  
Handel und Wandel treiben mögen.* Hæc itaque cum dicto  
modo se habeant, rectè dicit cum Augustino Hug. Grot.  
*de I. B. & P. lib. 3. cap. 1. n. 5.* Ei, qui conspirat adversus pa-  
triam, largiri, non est probabilis liberalitas: liceat mihi  
addere: nec, quæ expetit, ullo modo concedere, lauda-  
bilis humanitas. Distinguit tamen jam allegatus Grotius  
*d. loc. cum Seneca, & res luxui tantummodo servientes*  
concedi posse hostibus affirmat: cui quidem directè nihil  
contradico; sed hanc talium rerum concessionem, non  
tam simplicem ac genuinam alienationem; quàm, sub spe-  
cioso tituli dominii translativi prætextu delitescentem,  
esse ingeniosam hostium circumventionem, imò destru-  
ctionem, quid enim luxus non destruat? firmiter statuo.

*non autè*

*Prodigi,*

XXX. *De prodigiis utique dubitari poterat: verùm*  
*l. 6. ff. de V. O. dubium hoc submovet: ex ea etenim satis evi-*  
*denter apparet, non posse quidem prodigos alienare; sed posse*  
*tamen in prodigos alienari: quod posterius probatur etiam*  
*ex l. 5. §. 1. ff. de Acquir. vel mitt. hered.* Hac itaque ex par-  
te eodem, quo & pupilli, jure censentur; qui sinè tutorum  
suorum autoritate etiam non se aliis; sed sibi certè alios  
firmiter obligare possunt. *pr. Inst. de Auzor. tut.* Ratio di-  
versitatis, quòd Moralis pravitas, eo, quo dixi, modo in  
hostibus intellecta, non idem operatur in eisdè & prodigis,  
sinè dubio hæc est; quia cum hostibus interdictum est  
commercium in eorum odium: prodigis verò non in eo-  
rum



rum odium; sed favorem potius bonis interdictum est: ne scilicet bonis omnibus profusis egere postremum cogantur. Quod autem in favorem alicujus constitutum est, id in odium ejusdem detorqueri non debere, jam ante in præmissis monui ex *l. 25. ff. de LL. & l. 6. C. eod. tit.* quod certe fieret, si prodigis facta bonorum interdictio eousque extenderetur, ut nec acquirere sibi quicquam deberent. Ratio rationis hæc mihi videtur: quia in hostibus est deliberato animo susceptum odium & propositum nocendi: in prodigis verò nequaquam malevolus animus est nocendi; sed nimia saltem ac inordinata, detrimentosa tamen & vitiosa largiendi facilitas, ipsisque autoribus suis potius, (quantumvis præter spem, ac citra eorundem intentionem: naturaliter enim quodlibet sui fugit destructionem & appetit conservationem) quam aliis nociva: eaque propter hi commiseratione adhuc digni sunt, illi vel maxima indignatione.

XXXI. Specialiter ob alias causas leges prohibent quos, ob  
*1. alienationem per donationem fieri in conjugem à conjugē. alias cau- l. 1. ff. de Donat. int. vir. & uxor. adeò, ut ipso jure talis actus sas speci-*  
*nihil valeat. l. 3. §. 10. ff. d. rit. idque extenditur eò, ut nec ales, spe-*  
*valeat donatio facta ante nuptias, si collata sit in tempus ciales le-*  
*matrimonii, i. e. ita limitata, ut sub initium demum ma- gum pro-*  
*trimonii subsequenti sortiatur effectum suum. l. 4. C. de hibitio-*  
*Donat. ant. nupt. vel propt. nupt. & sponsalit. cujus hæc est nes res*  
*ratio: quia non initium promissionis, sed tempus effectus alienari*  
*inspicitur, seu, quo demum valida debeat esse donatio, non pati-*  
*quod hic est tempus matrimonii, quo non potest inter untur:*  
*conjunctas valere personas donatio, Bene E. post Baldū quemad-*  
*Gothofredus: paria sunt, fieri tempore inhabili, & in tem- modum*  
*pus inhabile rejici, ad d. modò l. 4. C. d. tit. in marg. sub lit. prohibēs*  
*b. & i. Nec vel minimum juvat fraus, ut sub contractus I. leges*  
*cujus. Alienati-*



nem per cuiuspiam, aut quovis alio prætextu occultetur donatio.  
donatio. l. 5. notabili §. 5. l. 31. §. 3. l. 32. §. 24. & 25. & l. 52. in pr. ff. d. tit.  
nem in. Cæterum, nequis erret, intelligenda sunt hæc solum de dona-  
ter vi. tione inter vivos, eaq; magna, & simplici ac pura, h. e. non  
vos sine conditionata, nec mutua, nec ob causam: Quotiescunque enim  
plicem ac neque donans pauperior, neque accipiens fit locupletior,  
purâ in toties Jure Civili inter conjuges omnino valet donatio.  
conjugē arg. l. 3. in pr. & per expressam l. 5. §. 8. item l. 25. ff. d. tit. Sic  
fieri à valet maximè inter coniugio junctas personas 1. donatio ad  
conjugē. antidota, ut vocant, seu remuneratoria. l. 7. §. 2. ff. d. tit. ubi  
& ratio annectitur hæc, quòd possit invicem donatorum  
fieri compensatio. Valet quoque 2. donatio ad pias causas: sed  
sub conditione, si donata ad pias causas impendantur. l. 5. §. 8. 9.  
10. & præcipuè 12. ff. d. tit. nec enim accipiens inde fit lo-  
cupletior: & longè maximus solet esse favor piarum cau-  
sarum. Imò valet & 3. donatio propter nuptias, à marito  
facta coniugi constante iam matrimonio. l. 20. in pr. C. d. tit. de  
Donat. ant. nupt. vel propt. nupt. & spons. quia fit in compen-  
sationem & securitatem datæ dotis, cuius naturaliter  
mulieres manent dominæ: adeoque non simplex est  
donatio; sed quedam quasi contra dos, ut concludit Im-  
perator Noster in ead. l. 20. in pr. Jure verò Canonico,  
si iuramento firmata sit, valet etiam donatio. arg. c. Cum  
contingat. 28. X. de Iureiur. Valet equidem & donatio  
mortis causa; per expressum textum in l. 9. §. 2. ff. d. Sape  
tit. sed hæc inter conjuges donatio dici non meretur: quia  
in id tempus excurrit donationis hujus eventus, quo vir  
& uxor esse desinunt. Vid. Schneidvv. ad §. 2. Inst. de Donat.  
n. 60. Imò iustinetur quoque donatio, si donans non pœ-  
nituerit; sed animum donandi usque ad extremum vitæ  
spiritum retinuerit: verùm morte demum donantis, &  
quidē si super vixerit accipiens, confirmatur. l. 32. §. 2. ff. d.  
tit. l. 1. 3. 6. 10. & 18. C. de Donat. int. vir. & ux. & à parent. in lib.  
fact.



47.  
fact. & de rarihabit. Nov. 162. c. 1. in pr. tum verò, ut monui  
modò, vir & uxor esse desinunt: Adcoque vix annume-  
randa est donationibus inter conjuges. Insuper & hoc  
notandum est, quòd, quemadmodum alix, ita etiam do-  
nationes inter conjuges validæ, si 500. excedant aureos i. e.  
(secundùm calculum Magnific. & Nobiliss. Dn. Præs. in  
colleg. priv. ad §. 2. Inst. de Donat.) 1000. imperiales, Wenn  
die Verehrungen über 1000. Reichsth. seyn/non sola, ex silen-  
tio decedentis presumpta, donantis voluntate validas fieri;  
sed præterea legitimam intimationem requirere: eandem ta-  
men non esse necessariam, si à donante, vel marito, vel uxore,  
in ultima voluntate denuo & specialiter confirmentur. Ele-  
gans lanè textus est hac de re in l. 25. C. d. tit. cujus mihi  
ratio videtur favor ultimæ esse voluntatis.

XXXII. 2. Alienationes per donationes quasdam inter 2. Aliena  
parentes & liberos. Per parentes autem non intelligo eos tionē per  
saltem, qui immediatè ex se liberos genuerunt; nec eos donatio-  
tantùm, qui naturaliter, sive mediatè, sive immediatè, nes quas-  
liberos procrearunt; sed omnes, qui & quotquot liberos, dam in-  
quacunq; ratione, legitima tamen, & in potestate habent. ter ascen-  
h. e. tam avos, proavos, abavos, atavos &c. quàm patres: dētes &  
& tam adoptivos, quàm naturales. Similiter verbum li descentes  
beros latè intellectum volo, ut etiam nepotes compre- ratione  
hendat & ulteriores in potestate existentes patria, eosque patria  
non adoptivos minùs quàm naturales: secundùm §. 3. Inst. potesta-  
de Patr. potest. iunct. pr. nec non §. 5 & 6. Inst. de Adopt. item, tis: nem-  
l. 51. & l. 201. ff. de V. S. I. quidem non valet donatio patris peper do-  
inter vivos & simplex filio facta. l. 17. vers. Sanè sicut C. de nationē  
Donat. Ratio hujus hæc est, quia taliter donatum in pe- patris in-  
culium filii transit profectitium: quod, ut jam ante alibi, ter vi.  
th. nimirum 23. monui, pleno jure manet ipsius patris: ex vos &  
§. 1. Inst. Per quas pers. cuiq. acquir. ut adco frustranea foret, simpli-

D 2

si va cem filio  
factam,



si valeret hæc donatio: cum in momento rei donatae do-  
minium, in filium à patre translatum, ad eundem esset re-  
versurum. *Convalescit tamen* 1. hæc donatio, si, emanci-  
pato postea filio, donandi animum pater adhuc retinuerit. arg.  
l. 11. *vers* Delegationes autem C. d. modo tit. idem enim est,  
ac si tum primum facta esset donatio: idque adeò verum  
est, ut nec necesse sit patrem expressis verbis hanc suam  
mentem declarare; sed sufficiat etiam, si tacuerit, & dona-  
tionem manifestè non revocaverit. per l. 25. in pr. C. de Donat.  
int. vir. ux. & à par. in lib. fact. & de ratihab. & l. 17. in pr. C.  
d. tit. Donat. nam qui scit, nec tamen, cum possit, contra-  
dicat, is consentire videtur. arg. l. 60. ff. de R. I. Valet autem  
donatio propterea, quia patria potestas, quæ antea erat  
obstaculo, quo minùs filius quicquam posset ex rebus pa-  
tris sibi acquirere, expiravit. §. 6. *Inst. Quib. mod. jus patr.  
pot. toll.* & hanc ob causam initio hujus th. studio potesta-  
tis patriæ injeci mentionem. Apparet etiam hinc, quæ  
dicta modò sunt, ad donationem matris haud pertinere:  
ea siquidem in potestate liberos non habet. §. 10. *Inst. de  
Adopt.* Emancipati verò moribus nostris censentur liberi,  
simul ac alere de suo se incipiunt, nec parentes eos am-  
plius sustentare coguntur. Vid. Magnific. & Nobiliss. Dn.  
Præs. in colleg. priv. ad tit. *Inst. Quib. mod. jus patr. pot. solv.*  
2. *convalescit, si pater filio super stite, quamlibet nondum eman-  
cipato, decesserit, & donationem nunquam expressè revocave-  
rit.* d. l. 25. C. de Donat. int. vir. & ux. & à par. in lib. fact. &  
de ratihab. 3. *valet, si facta est in compensationem certorum  
meritorum.* arg. *Auth. Unde & si parens. C. de Inoff. testam.*  
Rationem reddit hanc Schneidev. ad §. 2. *Inst. de Donat.*  
n. 71. quia censeatur ex operis ac laboribus suis acquisivisse  
filius hujusmodi donatum: ut adeò peculio ejus adven-  
ticio, cujus proprietatem habet, accedere possit. Proban-  
da au-



da autem sunt merita, nec sufficit, si pater fortè in confectio  
 donationis instrumento scripserit, ob egregia merita filio  
 se donasse: facilè enim posset aliàs fraus fieri legi, quod non  
 est permittendum. Nec excedere merita debet donatio.  
 Schneidev v. d. loc. cum enim ob ipsa merita fieri debeat,  
 hinc cum iisdem proportione quadã probabilicam com-  
 mensurari par est. 4. valet donatio, cum vel filia donat pater  
 dotem, vel filio propter nuptias, l. 35. ff. Famil. hercisc. quia  
 non est simplex, sed ob causam. 5. valet illa quoque donatio,  
 cum pater usumfructum bonorum filij adventitiorum sibi debi-  
 tum ei remittit l. 6. §. 2. vers. Sin autem. C. de Bon. qua lib. in pot.  
 patr. const. ex matrim. vel aliàs acq. & eor. adm. favori enim  
 pro se introducto quilibet potest renuntiare. per l. 46. ff. de  
 Pact. & l. 29. C. eod. rit. Ast verò, quæ th. præcedenti scripsi  
 de intimatione donationum inter conjuges, huc revocan-  
 da sunt, & applicanda quoque descriptis modò donatio-  
 nibus. 2. non valet donatio filij patri facta, ex bonis illis ad-  
 ventitiis, quorum pater habet usumfructum, & præterea legi-  
 timus administrator est: nam cum filius ea alienare non  
 possit sine consensu & autoritate patris, cogeret pater  
 in donationem hanc filio consentire: hoc autem faciendo  
 in rem suam autor filio fieret, id quod omnibus modis le-  
 gibus prohibetur, §. 3. Inst. de Autor. tut. Ex illis verò bonis  
 adventitiis, quorum plenum dominium filius habet, (qualem  
 casum paulò ante proposui, & quales alii sunt in Auth. Ex-  
 cipitur, Auth. Item hereditas, l. 7. & l. 8. in pr. vers. Sive è  
 contrario. C. d. tit. de Bon. qua lib. in pot. patr. const. ex matr.  
 vel al. acq. & eor. admin.) ut & castrensibus, nec non quasi ca-  
 strensibus, instinctu propriæ pietatis aut liberalitatis, ut  
 alius, ita & patri, quin possit donare, dubium non erit: illo-  
 rum enim respectu pro patrefamiliàs ipse filius habetur.  
 l. 2. & 3. C. de Castr. pec. mil. & Præfectian. facit. l. 2. in pr. ff.



*de Contrah. empt. vend. de pact. int. empt. & vend. comp. & qua res ven. non poss.*

3. *Aliena* XXXIII. 3. *Alienationem in personas certas per here-*  
*tionem per dum institutionem.* Personæ illæ sunt 1. *deportati* l. 1. C. de  
*heredis Hered. inst. seu ab Imperatore & S. Rom. Imperio, perpetuò ban-*  
*instituti niti.* Schneidev. ad §. 4. *Inst. eod. tit. n. 9.* Die in der Kaysertl.  
*onẽ in de Maj. und des H. Reichs ewige Acht erkläret sind: banni si-*  
*portatos* quidem universalis pœnam in locum pristinae deportati-  
*seu perpe* onis, quam aquæ & ignis antecesserat interdictio, arg. l.  
*tuò ban-* 2. §. 1. ff. de Pœn. successisse, receptæ ferè opinionis est. Vid.  
*nitos,* Schneidev. ad §. 1. *Inst. Quib. mod. jus patr. pot. solv. num.*  
*perpetuò* 12. 13. & præcipuè 14. 2. *perpetuò damnati in opus publicum l.*  
*dänatos* 17. §. 1. ff. d. tit. l. 3. in pr. & §. 1. ff. de His, qua pro non script.  
*in opus hab.* quibus ex mente Dn. Gothofr. in marg. ad d. l. 17. §. 1.  
*publicũ* ff. d. tit. sub lit. n. nec abs ratione, accensendi sunt &  
& *adre-* damnati hodie ad remos, welche auff der hohen Herrschafft  
*mos da-* Gallen müssen geschmiedet werden. 3. *ex incestuoso, vel aliàs*  
*mnatos, damnato coitu nati.* Auth. Ex complexu. C. de Incest. & inus.  
*ex ince-* nupt. 4. *heretici.* l. 5. vers. cunctis quoq; legibus. & l. 22. C. de  
*stuofo,* Heret. & Manich. & Samar. & Apostata. l. 3. C. de Apost. qui  
*vel aliàs* quales sint, videre est. ex l. 4. vers. Sed ne huius interpretatio  
*damna-* C. d. tit. 5. illi, qui sunt membra illiciti cuiusdam, vel saltem  
*to, natos* Superiorum autoritate non confirmati collegij, quatenus scili-  
*coitu ha-* cet sunt huiusmodi collegij membra. l. 8. C. de Hered. Inst.  
*reticos &* & qua pers. hered. inst. non poss. & 6. de jure antiquo Roma-  
*aposta-* no peregrini. Ulpian. tit. 22. §. 2. l. 6. §. 2. ff. de Hered. inst.  
*tas:* XXXIV. Possit autem, quandoquidem de illis mo-  
*item eos,* dõ tractatur, in quos alienatio fieri possit, vel non possit,  
*qui sunt* quæri quoque: An per alienationem queat rerum dominium  
*illiciti,* in ignorantem transferri? Distinguendum censeo inter ti-  
*vel non* tulos onerosos & lucrativos. Hos vocant Juris Interpretes,  
*confirma* quando in acquisitione merum lucrum est, nec ullum red-  
*ti mem-* hostimen-  
*bra colle-*



hostimentum; illos, quando non simpliciter quid acquiri- *gij & de*  
 tur; sed rursus aliquid in compensationem dandum est vel *jure anti*  
 faciendum. *Per titulos lucrativos*, v. g. per donationem, quo *Ro.*  
 legatum, fideicommissum, heredis institutionem vel sub- *mano, pe-*  
 stitutionem, *in ignorantem etiam posse res alienari non du-* *regrinos.*  
*bito*: ignorantia enim facti non nocet; sed saltem juris. *Inciden-*  
*l. 9. in pr. ff. de I. & F. ignor.* nec de quoquam praesumitur, *ter de cla*  
 quod contra proprium suum laboraturus sit commodum: *razur*,  
 ut adeo nec juris obstat dispositio, nec repugnans acceptu- *An alie-*  
 ri voluntas. Ut tamen effectum suum sortiatur haec alie- *nari pos-*  
 natio, maxime tandem eum, cui acquiri debet ex illa, vel a *sit in i-*  
 legibus aut Magistratu eidem praepositos, v. g. tutores vel *gnoran-*  
 curatores, informari de re gesta necesse esse, aequè indubiū *tem,*  
 est. Exemplo res fiat clarior. Sit filius Titius, cujus parentes  
 intestati decesserint ipso inscio, forte quia peregre fuerit  
 absens. Ad hunc Titium relictas hereditates statim ab obi-  
 tu suorum parentum ipso jure, quanquam facti ignarum,  
 delatas quis nescit? Ut tamen hoc suo jure hereditario  
 possit uti Titius, utique oportet eum scire de morte paren-  
 tum, per *l. ss. ff. de O. & A.* Facit etiam *l. 9. ff. de Acq. vel*  
*omitt. hered.* Ast verò, si per onerosos alienatio fieri debeat  
*titulos*, quos operose conquisitos etiam supra th. 3. enu-  
 meravi, *diversum jam à modo dictis sentio*: nam eorum nul-  
 lus est omnino, qui non sub initio statim negotii consen-  
 sum ab utraque parte inter quos negotium vertitur, desi-  
 deret certum, qui non esse potest ignorantis: ut proinde  
 planè sit impossibile, prorsusq; absurdum, per onerosos ti-  
 tulos alienari posse res in ignorantem.

XXXV. *In invitum res alienari non posse, per titulos Invitū,*  
*onerosos* ex eo manifestum fit, quod nemo regulariter eme-  
 re, permutare, vel contractus alios similes celebrare co-  
 gitur: per expressum textum *in l. 11. C. de Contrah. empt.*  
*vend.*







mercio, seu haberi ac possideri non possint: & quænam sint præterea, quæ haberi ac possideri omnimodo possent, nisi speciali respectu alienari expressè prohibita forent.

XXXIIX. *In commercio non existentes, ac propterea in-* **Naturâ,**  
*alienabiles res subdivi solent in eas, quæ communi natura com-*  
*mercio sunt exempta, & eas, quæ sunt exempta jure. Vid. Dn.*  
*Ludv. vell. Diss. Justin. 12. in exeg. rh. 3. sub lit. b. De priori-*  
*bus dicere supersedeo: cum enim, nisi stupidissimus, nemo*  
*non per se facile noverit, res, quæ nec fuerint, nec sint, nec fu-*  
*tura sint unquam in rerum natura, v. g. hominem nunquam*  
*moriturum, vel brutum rationale, non posse alienari, nil*  
*operæ frustra perdo. De posterioribus, quæ jure commer-*  
*cio sunt exempta, pluribus & distinctiùs agendum est.*

XXXIX. *Iure sunt itaque commercio exempta, ut non* **Vel iuro;**  
*possint alienari i. res sacra i. e. ritè seu solenniter & con-* **quales**  
*ceptis verbis, Deo, per Pontifices vel Principes, horumve* **sunt res**  
*jussu, publicè consecratae. §. 8. Inst. de Rer. div. & acquir. ips. 1. Sacra.*  
*dom. l. 9. §. 1. ff. de Rer. div. & qual. §. 7. Inst. d. tit. l. 30. §. 1. ff.*  
*de Acq. vel amit. possess. Hoc autem non ita crudè debet*  
*intelligi, ac si nullo planè casu possent alienari; sed ita,*  
*quòd non possint alienari, nisi syadeat alienationem egre-*  
*gia pietas, inevitabilis necessitas, aut ingens, eaque ma-*  
*nifesta, utilitas: has enim exceptiones discimus ex l. 21. C.*  
*de SS. Eccles. & Nov. 120. c. 10. A rebus his sacris subtiliter*  
*distinguit res Ecclesiæ, seu bona Ecclesiastica, quæ in pecu-*  
*nia seu patrimonio sunt Ecclesiæ, Locam. in marg. ad d. §.*  
*8. Inst. d. tit. sub lit. s. casque docet in commercio esse, adeo-*  
*que, modò melior inde fiat Ecclesiæ conditio, extra casus*  
*prædictos etiam posse alienari: qui videatur. Illud adhuc*  
*notandum est, quòd illis casibus, quibus possunt alienari res*  
*sacrae, non sit negligendus ordo præscriptus in d. Nov. 120. c.*  
*10. & Auth. Præterea si habeat C. d. rit. juxta quem alienandæ*

E I. sunt





1. sunt mobiles illæ, quæ necessarium usum nullum præ-  
bent, 2. mobiles reliquæ, & non nisi postremò denique res  
immobiles: nec non, quòd sacræ res esse desinant, simul  
ac ab hostibus capiantur, per l. 36. ff. de Relig. & sumpt. fun.  
& ut fun. duc. lic.

2. Reli-  
giosa

XL. 2. Res religiosa l. 2. & 9. C. de Relig. & sumpt. fun.  
l. 30. §. 1. ff. de Acquir. vel amitt. possess. Sunt autem res reli-  
giosa, receptacula corporum pie ac honestè humanorum,  
& quæ illuc pertinent aliæ: olim quidem liberrima cujus-  
vis destinatione, privataque corporis inhumatione; sed  
hodie, de Jure Canon. nostrisque moribus, non nisi auto-  
ritate & consecratione Episcopi, tales factæ. §. 9. Inst. de Res.  
Divis. & acq. ipsar. don. c. Adhæc 4. X. de Relig. domib. & tot.  
tit. X. d. Sepultur. Vid. Schneidevv. ad d. §. 9. Inst. de tit. n. 8.  
v. g. Camiteria, die Gottes-acker / Begräbnis-Platz / &  
monumenta sepulchralia, seu potius sepulchra in ipsis  
templis, die Gräber oder Begräbnissen in denen Kirchen.  
Schneidevv. ad d. §. 9. Inst. d. tit. n. 1. Notabiliter admo-  
dum de voce hac monumentum agit. l. 42. ff. de Relig. &  
sumpt. fun. & ut fun. duc. lic. non indigna, quæ huc transcri-  
batur: Verba ejus hæc sunt: Monumentum generaliter res  
est, memoriæ causa in posterum prodita: in qua, si corpus  
vel reliquiæ inferantur, fiet sepulchrum: si verò nihil co-  
rum inferatur, erit monumentum memoriæ causa factum,  
quod Græci *κενοτάφρον*, i. e. inane sepulchrum appellant.  
Loculi, die Särcke / Lapidis sepulchrales, die Leich- oder  
Grab-Steine / Ossuaria, die Todten-Bein-Häuser / Statuæ  
sepulchris superimpositæ, & ornamenta monumentis ad-  
jecta alia. arg. l. 2. ff. de Sepulch. viol. iunct. l. 1. vers. Eorum  
quoq; corpora, ff. de Cadav. punir. l. 43. in pr. ff. de R. V. cuius  
hæc esse videtur ratio, quòd accessorium sequitur & induit  
quodammodo naturam sui principalis, c. Accessorium 42 de

R. I. in



R. 7. in 6. sunt enim accessoria quasi monumentorum sepulchralium, quæ jam proposui, rebusq; religiosis annumeravi. Adversatur nobis hîc Dn. Rittersh. *in comm. nov. ad d. toties §. 9 Inst. d. tit. pag. mihi 146. in pr.* & putat, cum aliter, tum hoc quoque modo à sacris res religiosas differre, quòd hæ saltem sint immobiles: fundi scilicet, humanis mortuis consecrati; illæ verò tam mobiles, quàm immobiles: verum enim verò ipse non satis sibi fidit Dn. Rittersh., cogiturque pecuniam etiam quandam religiosam ex l. 1. & l. 4. *in pr. ff. Ad L. Jul. peculat. agnoscere d. loc.* Nec dum quid responderi queat ad d. l. 43. *in pr. ff. de R. V.* si vera sit Rittershusii sententia, video; verbis enim apertis ibi dicitur, quòd, quæ religiosis adhæreant, & ipsa, qualiacunque, religiosa sint; & idcirco nec lapides inædificati, postquam remoti sint, (res utique tunc mobiles) vindicari possint: quia scilicet sint res religiosæ, nec queant ulterius dominio privatorum subjici. Pecunia verò vel thesaurus, qui fortè unà cum mortuo loculo est inclusus, terraque coopertus, religiosus non est: adeoque potest eximi & alienari. l. 4. §. 6. ff. *Ad L. Jul. pecul.* Nec religiosus fit locus, in quem *ad certum saltem tempus* corpus mortui deponitur, postea aliò transferendum, ac alibi sepeliendum, l. 40. ff. *de Relig. & sumpt. fun. & ut fun. duc. lic.* non enim corporis depositio, sed vera & solennis sepultura, religiosum locum facit, arg. l. 44. *in pr. ff. d. tit.* Locum itaque quendam verè religiosum, extraque commercium esse, tum demum verum est, cum jam facta sepultura est, & corpus inhumatum: quamdiu verò in monumentū nullū corpus, nullæve sunt illatæ reliquiæ, adeoque purum istud adhuc est, & nil nisi *κενοτάφιον*, seu inane sepulchrum, ex d. l. 42. ff. *d. tit.* religiosum non est, l. 6. §. 1. ff. *d. sepe tit.* & per consequens id alienari nil vetat. Postremò, quemadmodum res sacræ, uti



dixi th. proximè præcedenti, desinunt esse sacræ: sic & quum ab hostibus capiuntur, religiosæ res esse desinunt. d. l. 36. ff. d. tit.

3. San-  
ctæ.

XLI. 3. Res sanctæ §. 10. Inst. de Rer. div. & acq. ips. dom. l. 1. in pr. vers. Divini iuris sunt. & vers. Quod autem ff. de Div. rer. & qual. Gothofr. in marg. ad l. 8. §. 2. ff. eod. tit. sub lit. p. Sunt autem & dicuntur hîc res sanctæ, quæ sanctione quadam, i. e. pænæ ordinatione, adversus injurias hominum munitæ sunt, d. l. 8. in pr. & l. 9. §. 3. ff. d. tit. d. §. 10. Inst. eod. tit. Tales sunt, Portæ Murique civitatum. d. §. 10. Inst. d. tit. d. l. 8. §. 2. & l. 11. ff. d. Sape tit. item l. 2. ff. Ne quid in loc. sacr. fiat. Album Prætoris. l. 7. in pr. & §. 3. nec non l. 8. ff. d. Jurisdic. cuius vice fungitur hodie locus, in quo publicè solent affigi Edicta Magistratum, sive superiorum, sive inferiorum municipalium. Vid. Dn. Rittersh. in comment. nov. ad §. 12. Inst. de Action. pag. mihi 612. in med. & Schneidevv. ad eund. §. n. 14. in pr. & sub fin. Carcer. l. 1. in pr. ff. de Effract. & expilat. l. 38. §. 11. ff. de Pæn. & l. 13. ff. de Custod. & exhibit. reor. Vallum castrorum. l. 3. §. 17. ff. de Remilit. atque similes aliæ non paucæ. Sed portas sanctas esse negat Dn. Gothofr. in marg. ad d. l. 2. ff. Ne quid in loc. sacr. fiat. sub lit. g. & add. aliquoties §. 10. Inst. de Rer. div. & acq. ips. dom. sub lit. o. Nititur præcipuè autoritate Plutarchi, qui in Quæstion. Roman. & Romulo non esse sanctas portas asserit. Verùm ad hoc responderet ipsi pro me Dn. Rittersh. in comment. nov. ad eund. §. 10. Inst. d. tit. pag. mihi 149. Plutarchum nimirum non negare portas esse sanctas, nisi respectu Juris Pontificii: quòd in condendis urbibus non adhibeantur ex portis, quæ muris, ceremoniæ. Porro Gothofr. vult Pandectas Florentinas minùs rectè portas facere sanctas in d. l. 2. ff. Ne quid in loc. sacr. fiat. ex hac ratione, quia in d. l. 8. l. 9. §. 3. & l. ult. ff. de Div. rer. & qual. ubi



ubi tamen ex professo de rebus sanctis agatur, nulla fiat portarum mentio. Prætere. versionem Pandectarum vulgata in *d. toties l. 2. Ne quid in loc. sacr. fiat.* pro sanctas testatur legere sacras. Sed respondeo 1. in *l. 8. l. 9. §. 3. & l. fin. ff. de Div. rer. & qual.* non absolute res sanctas omnes enumerari; sed eas saltem generaliter inibi describi, & nonnullas exempli tantum gratia subjungi: id quod satis apparet ex *d. pluries §. 10. Inst. d. tit.* in quo rebus sanctis expressè portæ accensentur. Nec 2. mihi fit verisimile, sacras potius esse portas quàm sanctas: sanctas enim esse, quàm sacras, de portis verius posse prædicari quis non intelligit? De muris etiam dubium adhuc restat: utrum omnes nempe, municipalium etiam civitatum, an verò Romæ modò, vel solius ejusque metropolis sancti sint: Sanctos autem esse, non metropolis solummodo; sed & reliquarum muros urbium, ex eo apparet, quia 1. §. 10. *Inst. & l. fin. ff. de Rer. divis.* generaliter loquuntur, & generalem habent adjectam rationem, quia hostile sit & abominandum cives Romanos alibi, quàm per portas in- & egredi: de cunctis enim, etiam in municipiis viventibus, verum est, quòd sint Cives Romani, per *l. 17. ff. de Stat. hom.* ubi dicitur, omnes in orbe Romano viventes, ex Constitutione Imperatoris Antonini, Cives esse Romanos. 2. expressus hac de re textus est in *d. l. 8. §. 2. ff. d. tit. de Div. rer. & qual.* 3. non potest commoda dari diversitatis ratio: quamvis enim viventes in municipiis (cujus tamè modò probavi contrariù) Cives Romani non essent; nihilominus tamen eos æquè foret abominandum & hostile, aliter, quàm per portas, in- & egredi, ac ipsos Cives Romanos. Ubi verò eadem militat ratio: ibi meritò quoq; juris eadem est dispositio. *arg. l. 108. in fin. pr ff. de V. O.* Nisi severitate civitatum muri defendantur, Reip. non præstabunt, quam debent, securitatem, nec iis fidere satis tutò cives poterunt.

E 3

XLII. 40





**§. Publi-** XLII, 4. *Res publica, arg. l. 9 & 45. ff. de V. S. & usurp.*  
*ca, tum* Expressus textus est in l. 6. in pr. ff. de Contr. empt. vend. de pact.  
*populi cu* int. empt. & vend. comp. & quæ res ven. non poss. Publicæ sunt  
*jusdam,* hæc res, quæ, quoad certos usus, omnium sunt ac singulorum  
hominum; quoad dominium verò seu proprietatem, certo-  
rum, vicinorum scilicet, populorum, unde & publicæ dicun-  
tur, quasi populicæ, l. 5. in pr. ff. d. Div. rer. & qual. l. 24. in  
pr. ff. de Damn. infect. Sunt autem non unius modi res publi-  
cæ: alia siquidem sunt publica populi cuiusdam, quas modo de-  
scripsi, exque verè sunt ac propriè publicæ: alia verò publicæ  
sunt abusive, civitatis alicuius, aut municipij. d. l. 9. ff. de V. S. & usurp. l. 15. ff. de V. S. Prioris generis sunt: Flumina peren-  
nia & navigabilia, die Schiff-reiche oder Last-tragende Flüsse  
l. 1. §. 3. ff. de Flum. & ne quid in flum. publ. rip. ej. fiat, quò pe-  
navig. Quæ verò quandoque exsiccantur, aut aquis ita defi-  
ciunt, ut ad navigationem, adeoque ad publicum bonum,  
inepta sint, ea privata sunt. Schneidevv. ad §. 2. & seqq. 2. Inst.  
de Rer. div. & acq. ips. dom. n. 6. Portus, i. e. Stationes securæ  
navium, die Haafen/Meer-Haafen/Anfurten. l. 59. ff. de V. S. d.  
§. 2. Inst. d. tit. Via publicæ, die Heer-Wege / Heer-Strassen.  
l. 2. §. 3. & 21. ff. Ne quid in loc. publ. velit. fiat. Novus alveus,  
ein neuer Strom-Fluß. l. 7. §. 5. in pr. ff. de A. R. D. Insula mo-  
bilis, i. e. flumini innatans, leni aliqua materia sustentata.  
Ein Stück mitten im Flusse zusammen gewachsenes Erdreichs/  
so nicht Grundfest ist. l. 65. §. 2. ff. d. tit. & si quæ sunt aliæ, Po-  
*tum ci-* sterioris sunt: Theatra, Fora, Balnea publica, Porticus, Pas-  
*vitatis.* sua publica, & hæc similes plures. §. 6. Inst. d. tit. Hæc posteri-  
ores, quoad dominium seu proprietatem, sunt certæ cuius-  
dam civitatis seu universitatis. l. 6. §. 1. ff. de Div. rer. & qual. &  
arg. l. 7. §. 1. ff. Quòd cuiusq. univ. nom. & contr. eam ag. Unde  
res universitatis etiam vocantur, in d. modo §. 6. Inst. d. tit.  
quoad usus verò certos, sunt omnium, & singulorum civium  
civita-



civitatis illius. l. 32. ff. d. tit. de Contr. empt. vend. Ab his tamen rebus differunt etiam adhuc illae, quae in patrimonio civitatis, & pecunia populi dicuntur esse, ut sunt: Metalla publica, Vectigalia & similia: earum enim usus, quantumvis dominium spectet ad universitatem, ad singulos non pertinet. Vid. Dn. Ludvvell. Diss. Justin. 4. in exeg. th. 2 sub lit. d. nec sunt exemptae commercio. arg. l. 6. in pr. ff. d. tit. de Contr. empt. vend. de pact. int. empt. & vend. comp. & quae res ven. non poss. Dn. Locam. in marg. ad d. sapius §. 6. Inst. d. tit. sub. lit. p. ubi addit, quod in commercio harum rerum, privatorum loco civitas habeatur. arg. l. 16. ff. d. tit. de V. S. Speciales vero solennitates, quas in hac alienatione intercedere necesse est, petendae sunt ex l. fin. C. de Vend. reb. civit.

XLIII. Haec sunt res jure exemptae commercio privatorum, ut ab eisdem haberi ac possideri non possint. *Et 5. Naturae communes,* Res naturae communes, nempe Aer, Aqua profluens, Mare & Lumen caeli. §. I. Inst. de R. D. quoque quatenus tales, in nullius sunt equidem dominio, veruntamen dominio cujusquam factissime subiiciuntur, & recte consequenter etiam alienantur. *quatenus tales,* Ex ipsa v. g. aqua profluente si quis hauserit, quod hauserit, absq; dubio suum faciet, aliisque desiderantibus donare vel vendere non prohibebitur. Satius itaque fuerit hasce res ab inalienabilibus separari, quam temere illis annumerari. *tales,* Properandum nunc est ad illas res, quae, quovis modo ac titulo, habili tamen, haberi ac possideri possent; nisi speciali vel qua respectu, hoc vel illo modo alienari expresse forent prohibita. *speciali respectu,*

XLIV. Specialiter alienari prohibentur i. Arma hoc vel a militibus in castris degentibus, vel in praesidiis etiam urbium aut arcium locatis, tempore belli, & imminente ab alienari hostibus periculo. l. 3. §. 13. & l. 14. §. 1. ff. de Re milit. Multo expresse magis autem prohibentur alienari in ipsos hostes. arg. l. 2. sunt prohibita: *Quae hibita: quemad-*



modum C. Quares export. non deb. iunct. l. 5. §. 6. ff. de tit. quibus col-  
prohiben latis evidenter apparet utrobique sermonem esse de hosti-  
tur alie- bus, eisdemque barbarorum vocabulo iudigitari.

nari 1. XLV. 2. Frumentum exercitui destinatum militari,  
Arma à venire, vel quovis alio modo nefas est alienari: idque interdi-  
militib9, citur expressa. l. 4. C. Quares ven. non poss. & qui vend. vel  
imminen em. vetant.

se ab ho- XLVI. 3. Domus vel villa, i. e. rusticum quoddam  
ste peri- ædificium. per l. 211. ff. de V. S. vetatur alienari per emptio-  
culo. nem. venditionem, ut destruat, negociandi causa. l. 52. in pr.  
2. Frumē ff. de Contr. emp. vend. de pact. int. emt. & vend. comp. & qua-  
tum ex- res ven. non poss.

exercitui XLVII. 4. Venena mala, ea que talia, que nullo modo,  
militari nec materiæ alterius adiectione, nobis usui possunt esse, vendi,  
destina- vel alia ratione concedi prohibentur. l. 35. §. 2. ff. d. tit.  
tum.

XLIX. 5. Res dotales, quatenus sunt dotales, i. e. qua-  
3. Domus, tenus & quamdiu consistit matrimonium, ut accuratè do-  
per emp- cet. Dn. Locam. in marg. ad §. 1. Inst. Quib. alien. lic. vel non  
tionem- sub lit. d. videndus omnino, vetantur à maritis alienari. pr.  
venditi- Inst. d. tit. Quib. al. lic. vel non l. un. §. 15. C. de Rei uxor. act. in  
onem, ut ex stipul. act. transf. & de nat. dot. prest. Ratio prohibitio-  
destrua- nis redditur in l. 2. ff. de Iur. dot. quia Reip. interest dotes  
tur, ne- mulieribus conservari salvas ac integras: Sed quomodo  
gotiandi Reip. intersit, id verò manifestius apparet ex l. 1. ff. Sol.  
causa. matrim. dos quemadm. pet. ad quam pereleganter commen-

4. Vene- ratur Gothofr. in marg. sub lit. g. & i. Non autem res in-  
na pror- differenter omnes dotales intelligo sed solum immobiles, que  
sus mala. fundi nomine veniunt. iuxta l. 1. C. de Fund. dot. ad quam Goth.

5. Resim- vid. in marg. sub lit. f. iuncta l. 4. ff. eod. tit. l. 115. vers. Fun-  
mobiles dus est & l. 211. statim in pr. ff. de V. S. mobiles enim alienari  
dotales, posse, colligere tunc licet ex l. 25. 26 & maximè 42. ff. d. tit.  
quatenus de Iur. dot. ut & l. 21. ff. de Pact. dot. Vid. in super etiam Dn.

tales à  
maritis

Ludv. vell.



Ludvvell. *Disp. Justin. 6. in exeg. th. 12. sub lit. c. proximè ante lit. d. nisi pertineant ad ipsum fundum vel prædium. arg. l. 5, 6, 7 & 8. ff. d. tit. de Fund. dot.* Ob stare videtur hîc mihi l. 50 in pr. ff. d. aliquoties tit. de Jur. dot. quæ definit expressè, quòd fundus etiam dotalis possit à marito cum aliis rebus permu-  
tari. Sed respondeo, hanc fundi cum decem, de qua in d. l. agitur, permutationem inter ipsum maritum & uxorem, vix ferre nomen alienationis: vera namque alienatio dominium rerum transfert in eos, qui nullum antea istarum habuerunt, id quod vox alienationis ipsa satis innuere videtur: alienare siquidem dictum puto idem, quod alienum quid facere, seu ejus, cujus antea non fuerit. Per hanc autem permutationem res haud aliena fit: nec enim dici potest de muliere, quòd ea non jam tum fundi fuerit ante permutationem quodammodo domina, cum contrarium sit notissimum ex l. 75. ff. d. modò tit. & l. 30. C. eod. tit. imò vera tum demum foret alienatio, si fundum maritus per permutationem transferre posset in personam quandam aliam præter uxorem, & potissimum in extraneam, quod ad Kalendas, ut dicitur, Græcas ex Jure Civ. Rom. probabitur. Adeò porrò verum est alienari non posse res dotales immobiles à maritis, ut nec valeat alienatio, quantumvis in eam consenserint uxores. pr. *Inst. d. rit. Quib. alien. lic. vel non. d. l. un. §. 15. C. d. tit. de Rei ux. act. in ex stip. act. transf. & nat. dot. prest.* ob sexus imbecillitatem, per quam decipi facilè possent mulieres, & dotibus suis defraudari: quod, ut ostendi supra, præcaveri publicè interest. Addenda tamen est limitatio, nisi per intervalla à legibus determinata, distinctis aliquot vicibus, in alienationem consenserint, & nihilominus ex alijs maritorū bonis eis, si sit opus, satisfieri possit: ex Nov. 61. c. un. §. 1, 2 & 3. quia tum videntur, cum satis habuerint spatij deliberandi & cognoscendi, utrum damnosa vel

F

fru-



fructuosa futura sibi sit alienatio, non tanquam dolose circumventæ; sed scientes ac prudentes consensisse. l. 145. ff. de R. I. d. Nov. 61. §. 2. in fin. c. un. Gothofr. ad d. §. 1. c. un. eiusd. Nov. in marg. sub lit. b. Præterea, ut valeat alienatio, non sufficit earum, quamlibet iteratis vicibus confirmatus consensus; sed necesse est, quemadmodum dixi, ut certò quoque constet, ex aliis maritorum bonis indemnes eas posse præstari; unde in omnem adhuc eventum de damno sunt & possunt esse securæ. De Jure tamen Canon. valet alienatio talis, etiamsi vel semel tantum consenserint, si consensum eundem juramento firmauerint uxores. arg. c. Cum contingat 28. X. de Jureiur. & c. 2. de Jureiur. in 6. De Jure verò Civili, si dicta requisita deficient, juramentum nil operatur, arg. l. 5. §. 1. C. de LL. & l. 7. §. 16. ff. de Pact. ex quibus hæc potest formari regula: quòd juramentum, naturæ, cui debet ac-  
& ipsis cedere, negotij contrarium, non valeat. Cum non possint etiam uxoribus, (ut & hoc addam obiter) nisi sub dictis conditionibus, in alienationem rerum dotalium immobilium mulieres efficaciter consentire; multo minus easdem ipsæ poterunt alienare; nam quibus, quod minus est, non licet, illis, quod majus est, neutiquam licebit. Vid. Du. Wissenbach. ad tit. ff. de R. I. Disp. 3. th. 19. Ulteriùs etiam monendum est, modò dicta saltem esse vera, de rebus dotalibus immobilibus in æstimatò maritis datis: secus enim est, si fuerint æstimatæ, priusquam in dotem datæ, & ita quidem, ut æstimatio illa quandam inducat emptionem venditionem: quod quoties fiat nec ne, copiosè mihi non vacat nunc exponere, nec brevitatis studium permittit. Congesserunt hac de re multa multi. Dixerim compendio dotalia probè perspicienda esse instrumenta, & quàm maximè verba ipsius æstimationis: quid quantumve liceat de contrahentium (sit venia verbo) animo seu intentione colligere, sollicitè perpenden-



dendum: tandemque conforme huic formandum iudici-  
 um. *arg. l. 10. §. 6. ff. d. sepe tit. de Iur. dot. l. 11. ff. d. tit. de*  
*Fund. dot. l. 32. in pr. ff. d. rit. de Pact. dot. & l. 50. ff. Sol. matr.*  
*dos quemad. pet.* Exempla, quæ quondam important em-  
 ptionem venditionem, æstimationis rerum dotalium, re-  
 peries in *l. 5. & 10. C. de tit. de Iur. dot.* nec non *d. aliquoties*  
*l. un. §. 15. sub fin. C. de Rei ux. act. in ex stip. act. transf. & de*  
*nat. dot. prest.* Exempla verò contraria sunt in *l. 18. ff. d.*  
*Sapissime tit. de Iur. dot. & l. 21. C. eod. rit.* Postremò scien-  
 dum est, excipi ab hac prohibitione casum *1. necessitatis*; nam,  
 si jubeat alienare maritosurgens quædam necessitas, ces-  
 sat omnino regularis interdictio: quippe quæ ad arbitrari-  
 am pertinet alienationem, non necessariam. *arg. l. 78. §.*  
*4. ff. d. rit.* Ratio petenda est ex trito satis axiomatico, quo  
 necessitas non patitur legem dicitur. Imò nemo non intelli-  
 git, de simpliciter necessariis, prohibitorias frustra ferri le-  
 ges. Soli proinde videar affundere lucem, i. e. prorsus in-  
 ceptus, hinc si sim prolixior. *2. utilitatis. arg. l. fin. ff. d. tit.*  
 si nimirum fundus dotalis minus fructuosus bono pretio  
 vendi possit. Cessante ratione prohibitionis, prohibiti-  
 onem quoque cessare æquum est. Hinc cessat prohibitionis  
 ratio, consistens in imminutione dotis. Per consequens  
 E. ipsa cessabit etiam alienationis prohibitio.

XLIX. 6. *Res immobiles propter nuptias donatas, in- d. Res im-*  
*vitis mulieribus mariti quoque prohibentur alienare. Nov. 61. mobiles*  
*c. un. in pr. §. 1, 2 & 3.* Ratio redditur ibidem in textu, quia, propter  
 quod semel vinculis sponsalitiæ largitatis obligatum est, nuptias  
 non conveniens est alienari, i. e. quod propter nuptias u. donata  
 xoribus jam dum donatum est, id denuo non permittit x. uxoribus:  
 quitas in alios alienari. Ratio rationis duplex esse potest: *in vitis*  
*1.* quia præterquam, quòd aliàs irrita non debeant esse, quæ *iisdem à*  
*jure gesta sunt ex l. 3. C. de Repud. l. 25. C. de Admin. tut. vel maritis,*



curat. & de pec. pup. fœner. vel depon. & cap. 73. de Reg. iur.  
in 6 adeoque vel hanc ob causam non revocari facta pro-  
pter nuptias donatio, amor etiam conjugalis meritò de-  
bet esse impedimento, quo minùs mariti res propter nu-  
ptias donatas uxoris, postmodum in alios alienent, aut  
alienare præsumant. 2. quia donatio propter nuptias est, ut  
& supra dixi, th. 31. quædam dotis compensatio. l. 20. in pr.  
vers. Simples etiam. & Auth. Dos data. C. de Donat. ant. nupt.  
vel propt. nupt. & sponsalit. unde & à Græcis ἀντιθέγν, quasi  
contra-dos sive dos remuneratoria dicitur, quæ maximè  
reddit uxores de rebus suis in dotem datis securas: publicè  
verò, velut monui sæpius, interest mulieribus dotes con-

& ab i. fervari salvas: adeoque rerum propter nuptias donatarum  
psis muli alienatio legibus omnino fuit interdenda. Quinimo  
eribus ad prohibentur & transeunt ad secunda vota matres alienare res  
nova vo. à defunctis maritis propter nuptias sibi donatas, si sint ex priorè  
ta trans coniugio liberi superstites: ad illos enim pertinet harum re-  
euntib9, rum hereditas. Nov. 2. c. 2. in pr.

si super. L. 7. Prohibent leges alienationem Rerum litigio-  
sint ex sarum. l. 2. & l. 4. in pr. & §. 1. C. de Litigios. quæ perquam  
priori cõ- venustè describuntur in Auth. Litigiosa res est. C. eod. tit.  
iugio li- iunct. l. 1. in pr. & §. 1. ff. eod. tit. quòd nimirum sint, de qua-  
beri. rum dominio causa moveatur inter possessorem & petitem in  
7. Res li iudicio. Ratio facilè cuivis obviam fit: nam, cum per aliena-  
tigiöse, tionem transferendum sit rei dominium, idque vel media-  
quateng tè, vel immediatè, ab ipso vero domino, quemadmodum  
tales. supra demonstravi, tum alibi, tum etiam th. 12. litigiöse  
verò dominium ante litem finitam in suspenso sit, neuter-  
que litigantium pro domino tutò se gerere possit, hinc evi-  
denter elucet, ad finem usque litis eandem alienari minì-  
mè posse. Excipienditamen casus videntur nonnulli irre-  
gulares: v. g. Si dotis, aut donationis propter nuptias nomine,  
item



item sub titulo legati, vel fideicommissi, res litigiosæ alienentur: per d. l. 4. §. 1. in fin. C. d. tit. Si ex hereditate litigiosa funeris; veluendi, urgente solutionem creditore, pignoris, familiarive cibanda causa quicquam alienetur, per l. 5. in pr. ff. de Hered. pet. Si res sint tales, quæ servando servari non possint, per d. modo l. 5. in pr. & l. 53. ff. d. tit. item arg. l. 5. §. 1. ff. de Iur. deliber. Si res litigiosa sit accessorium principalis non litigiosa. v. g. fines litigiosi, fundi non litigiosi: hi namque fines cum fundo possunt alienari: veruntamen ita, ut alienans nihilominus litem teneatur persequi, juxta l. 9. ff. Fin. reg. Sed, ut quod sentio fatear, veram his casibus haud puto fieri alienationem rei litigiosæ: nam si hodie legetur res litigiosa, nihil ex tempore consequitur legatarius; sed cogitur eventum litis expectare. *Auth. Nunc si heres, C. d. tit. Nov. 112. c. 1. vers.* Et hoc autem, quò, si iudicii alea pro heredibus testatoris feliciter ceciderit, tum demum legatum consequatur: sin aliter, legatum omnino depereat, nec pro re legata quicquam aliud exigere possit: cum testator, sciens rem quam legaret esse litigiosam, non videatur nisi litis eventum legasse. Quòd si verò victores extiterint in iudicio testatoris heredes, & acceperit legatum legatarius, dicendum est litigiosam rem esse desisse: ridiculum siquidem foret, lite finita litigiosas adhuc res esse & appellari: cum ad fidem faciendam ac firmandam, dicendæ sint omnino restales, quales revera sunt: & hoc apertis innuunt verbis d. *Auth. & Nov.* Idem prorsus est & de fideicommissis statuendum. Si verò ex hereditate litigiosa memoratis ex causis aliquid alienetur, veram litigiosæ rei alienationem esse nego propterea, quia verum tandem dominum etiam ob easdem causas alienare, vel similes saltem facere sumptus oportuisset: ut adeò possit alter (quem ad reddendas quoque rationes acceptorum & expensorum



Summa compellit æquitas) videri, non nisi hujus gessisse  
negotia, & consequenter, tanquam litigiosum, nil alienasse.  
Simile sit iudicium de rebus litigiosis alienatis, quæ seruan-  
do seruari non possunt: hæc siquidem non minus etiam à  
verò domino fuissent alienandæ. Quinimo alienans eas  
& litem postea perdens, pretium earundem verò domino  
sinè dubio tenetur reddere: ut proinde vel hoc ma-  
nifestum satis sit argumentum, quatenus litigiosas, res non  
esse alienatas: nam lite sopita, per quandam quasi ratihab-  
itationem veri domini post pretii restitutionem acceden-  
tem, alienatio confirmata, negotiorumque gestio inter-  
cessisse videtur. Pariter, si litigiosi fines alicujus fundi sint  
alienati, in puncto, ceu loquuntur, subsequenti succum-  
bentiæ, tenetur alienans verò domino vel ipsos rursus fi-  
nes præstare, vel, si cum bona possit illius gratia fieri, justum  
finium numerare pretium: unde denuo colligere licet, ab  
initio fines litigiosos efficaciter alienatos haud fuisse.

3. Res LI. 8. Irritam jubent esse leges alienationem rerum  
*furtiva, furtivarum* i. e. furto ablatarum gestolener Sachen. arg. l. 2. C. de  
*quamdiu* Furt. & serv. corr. nec non arg. §. 1. & 2. Inst. de V. sucap. & long.  
*sunt &* temp. præscr. Ratio rursus non est repertu difficilis: cum sit  
*manent* enim necessarium alienationem fieri vel ab ipso domino, vel  
*tales.* ab alijs mandato domini; fur verò rerum furtivarum nec  
sit dominus, nec ullum eas alienandi habeat à veris dominis  
mandatum, hinc dominium earundem planè transferre  
nequit. per l. 20. ff. de A. R. D. Quinimo extenditur hoc eò,  
ut nec illi, qui bona fide res furtivas, & ignorantes tales eas  
esse, à furibus emerunt, vel alio acceperunt modo, effica-  
citer easdem alienare, seu earum dominium possint trans-  
ferre. per d. l. 2. C. d. rit. & dd. §§. Inst. d. rit. cujus est in  
promptu quoque ratio: nam quia fur ab initio nullo modo  
cum effectu eas alienare potuit, hinc nec illi, ad quos per  
furem



furem pervenerunt, dominium illarum adepti sunt: adeo-  
que, per consequentiam, nec ipsi dominium earundem in  
alios postmodum possunt transferre, per *d. l. 20. ff. d. tit.*  
Cessat autem hæc prohibitio, simul ac res furtivæ reversæ  
fuerint in veri domini potestatem: tunc enim purgato  
furti vitio, furtivæ res esse desinunt, §. 8. *Inst. d. tit.* Sed re-  
quiritur 1. ut dominus eas sibi redditas esset sciat, *l. 4. §. 7.*  
*§. 8. ff. de Usucap. & usurp.* 2. ut restituta sit etiam earum  
possessio, & ita quidem restituta, ut ab invito denuo non  
possint auferri. 3. ut tanquam suas, non aliter, eas do-  
minus receperit: ne fraudi locus relinquatur.

LI. S. *Res alienæ plenè nequeant alienari, l. 28. in 9. Res*  
*verbb. fin. ff. de Contr. empt. vend. de pact. int. empt. & vend. alienæ,*  
*compos. & quæ res ven. non poss. l. 6. C. de Reb. alien. non alien. & quate-*  
*de prohib. rer. alien. vel hypoth. & l. 78. ff. de Solut. & liber. nus ta-*  
Dicuntur quidem *Vendi, in d. l. 28. ff. de Contrah. empt. les.*  
*vend. & c. Donari, in l. 2. & 3. ff. Pro don. & Legari, in §. 4.*  
*Inst. de Leg.* verùm, si strictè velimus & propriè loqui, nun-  
quam perfectè alienantur & alienari possunt. Quòd nun-  
quam perfectè alienentur, id exinde probo: quia 1. si sint  
Emptæ à scientibus eas alienas esse, restituendæ sunt omni  
tempore vindicanti vero domino, secundùm expressum  
textum in *l. 1. C. d. tit. fin* à nescientibus, hoc operatur  
equidem venditio, ut emptor usucapiendi facultatem nan-  
ciscatur; ast, si ante completam usucapionem dominus res  
suas vindicet, nihilominus ei sunt restituendæ. per *d. l. 28.*  
*ff. d. tit. de Contr. empt. vend. & c. & d. l. 5. C. d. tit. &*, si com-  
pleta fuerit, pretium tamen ipsi vero domino venditor co-  
gitur restituere *d. l. 1. & 5. C. d. sape tit.* ut adeò non tam  
ille alienasse, quàm verus dominus alienationem confir-  
masse videri possit. 2. si sint Donatæ, similiter donatarius  
non nisi conditionem usucapiendi consequitur, *d. l. 2. & 3.*  
*ff. Pro*



*ff. Pro don. &*, si ante completam usucapionem dominus res vindicaverit, omnino restituendæ sunt illi. *arg. l. p. ff. d. R. V. & l. 18. §. 3. ff. de Donat.* si post completam, pro re restituendū est justum pretium. *arg. d. l. 1 in fin. & l. 5. C. d. tit. 3.* si sint Legatæ, aut redimendæ sunt à domino, aut solvendum est earum pretium. *d. §. 4. Inst. d. tit. l. 14. §. 2. ff. de Legat. & fideicommiss. 3.* Si redimatur à domino, fiunt ipsius redimentis ante, quàm legatarii: quod dubium esse nemini potest: adeoque tum non alienæ res præstantur legatario; sed ex redemptione propriæ. Si solvatur loco rei justum pretium, quis alienæ rei traditionem hanc vocabit, cum proprii nummi solvantur? Quòd autem alienari perfectè non possint, probo per manifestam rationem, quòd rerum alienarum dominium nemo habeat, adeoque nemo transferre possit. per *d. multoties l. 20. ff. de A. R. D.* Cum tamen quandoque hunc, quemadmodum dixi, effectum habeat talis venditio, donatio, vel tale legatum, ut usucapiendi faciat conditionem, & læsa pars adversus lædentem consequatur ad interesse actionem, *Vid. Dn. Gothofr. in marg. ad l. 11. §. 2. ff. de Act. empt. & vend. sub lit. u.* hinc improprie dictam quandam alienationem non invito concedo. Tantum etiã de rebus, quæ alienari queunt, aut nequeunt.

LIII. Nunc pergendum est ad alia, videndumque, *Membrũ Quando fieri possit, item Quomodo fiat, & Quatenus fieri possit* rerum corporalium alienatio. Quantum quidem ad Privationis mum, generaliter & breviter affirmandum est: fieri posse re- principa rum corporalium alienationem, quoties in præmissis enumerat. de Ter rata & explicata necessaria concurrant requisita, tum perso- mino 1. narum, inter quas alienationis negotium debet absolvi, Quando tum rerum ipsarum alienandarum: quorum requisitorum fieri pos- latiore repetitionem inutilem hîc, imò ineptam censeo, sit alie- cum suis singula locis possint videri, natio.

LIV. Alte-



LIV. *Alterum quod attinet*, de eo supra egisse me 2. De Mo-  
 memini, cum explicarim alienationis nostræ definitio- do, Quo-  
 nem, idque th. 3: quod autem prolixè memorato monui modofiat  
 loco, paucissimis nunc comprehendo, & dico: fieri aliena aliena-  
 tionem per consensum duorum vel plurium, in dominij certa rei, tio:  
 vel plurium, translationem, intervenientibus titulis habili-  
 bus: ac perfici, ipsa rei vel rerum, in cuius aut quarum dominij  
 translationem consensus est, traditione. Textus Juris, jam  
 tum dicto loco allegatos, ad reiterandam probationem,  
 ne cramben, quod dicitur, apponam bis coctam, adeoque  
 futuram inslavem, huc denuo non adscribo. Quod au *Qui mo-*  
 tem de titulis dixi intervenientibus, id profectò latiore *duo in*  
 meretur deductione, & uberiore flagitat expositione: cum *quibus-*  
 sint enim tituli intervenientes multifarii, quemadmodum *dampar-*  
 videre est ex d. th. 3. hinc non potest non ratione titulorum *ticulari-*  
 illorū variare quodammodo ipsamet alienatio. Dico quod *bus vari-*  
 quodammodo saltem variet alienatio: nam quod & supra *at, pro*  
 dixi, & modò reperivi, id verò perpetuum est ac immuta- *varieta-*  
 bile: nulla siquidem fieri potest alienatio sine consensu *re titulo-*  
 mutuo, nulla sine titulo habili, nec ulla perfici sine vera *rūtrans-*  
 vel quasi traditione: *in aliis igitur specialioribus variat lati vorū*  
 alienandi modus, quatenus ipsorum titulorum diversitas ali- *dominij:*  
 quam variationem secum trahit. Videamus ipsos ordine *ut adeò*  
 titulos, & simul viderimus, quod causant in alienandi *sit alius*  
 modo, discrimen. *semper*

LV. *Per Emptionē venditionem* I modò sit venditor ve. *quodam-*  
 rus vendendæ rei dominus, sit alienatio statim, postquam de re *modo mo*  
 cum certa pretij quantitate commutanda convenerit inter con- *duo alie-*  
 trahentes, pretiumq; fuerit ab emptore venditori solutū *veleo nandi.*  
 nomine satisdatum, vel simpliciter emptori de pretio fidē ven- *Per Ven-*  
 ditor habuerit: atq; tunc rem venditor venditam emptori *ditionē,*  
 statim tenetur tradere. pr. Inst. de Empt. vend. l. 2. §. 1. l. 12.



19. & 53. ff. de Contr. empt. vend. & c. l. 11. §. 2. ff. de Act. empt. & vend. Si verò propositum fuerit etiam ab initio contrahentibus in scriptis emptionem venditionem celebrare, necesse est, ut ipsa ritè quoq; scribantur instrumenta, i. e. vel manu contrahentium propria, vel alterius saltem manu; ab ipsis verò contrahentibus subscribantur & subsignentur; vel deniq; à Tabellione i. e. Notario Publico legitimo scribantur modo, nec non ab eodem ipso, vel à contrahentibus rursus subscribantur. d. pr. Inst. d. tit. & l. 17. C. de Fid. instrum. & am. cor. & de ap. & ant ap. fac. & de his, quæ sin. script. fier. poss. Notari tamen vel maxime meretur beneficium. l. 2. C. de Rescind. vend. quo (ex rationis paritate, quæ in enormi læsione consistit,) utrique, tam venditori, quàm emptori, succurritur, si quis eorum læsus sit ultra dimidium justæ æstimationis; hoc modo, ut vel suppleatur id quod deest justo pretio, refundaturve quod superest, vel rescindatur emptio-venditio. Vid. Dn. Ludvvell. Diss. Justin. 13. th. 4. Dn. Gothofr. ad eand. l. 2. in marg. sub lit. d. e. & f. Quibus autem casibus hoc cesset beneficium, explicat etiam studiosè Dn. Gothofr. ad d. l. in marg. sub lit. f. hand prætermittendus.

*Permutatione,* LVI. 2. Per Permutationem irrevocabiliter tunc de-  
*mum rerum corporalium transfertur dominium, cum res, de*  
*quarum permutatione convenerit, à contrahentibus, modò cu-*  
*jusque propriæ sint, utrinq; verè fuerint permutatæ, i. e. tra-*  
*ditæ: permutatio etenim ex re tradita utrinque capit ini-*  
*tium. l. 1. §. 2. ff. de Rer. perm. ibidemq; Gothofr. in marg.*  
*sub lit. n. Quantumvis E. ab altera quidem parte res sit tra-*  
*ditæ; si tamen non sequatur etiam traditio ab altera, nulla*  
*est alienatio rei quoque traditæ: ut, qui tradidit, si velit,*  
*eam possit recipere. per d. l. 1. §. 4. d. tit. Dico si velit; nam*  
*si malit hoc, agere potest ad interesse, vel contractus im-*  
*pletionem. l. 4. in fin. & l. 5. C. de Rer. perm. & præscr. verb. item*  
*l. 5. §. 1. in fin. ff. de Præscr. verb. & in fact. act. LVII. 3.*



LVII. 3. *Per Mutuum fungibilium saltem rerum, i. e. Mutuum earum, qua mutuas sic gerunt vices, ut alia pro alia indistinctè dari queat & accipi, (quales sunt v. g. vina, frumenta, ova, similesque plures res, maximè verò nummi signati, sive numerata pecunia Gangbahre Münz) fit alienatio: quando nimirum traduntur illa (sive propriè, sive impropiè, per brevis manus fictionem) à veris dominis, mediatè vel immediatè & gratis sed sub hac lege, ut elapso certo tempore, reddat easdem accipiens: non in specie quidem; sed genere, ejusdemq; bonitatis, l. 2. §. 1. ff. de Reb. cred. si cert. pet. & de condict. l. 1. §. 2. vers. Mutui autem datio ff. de O. & A. l. 15. ff. d. tit. de Reb. cred. si cert. pet. & de condict. ad quam in marg. Gothofr. vid. sub lit. b. l. 2. §. 4. ff. d. modò tit. arg. l. 11. §. 1. ff. eod. tit. l. 3. ff. d. rit. Dn. Locam. ad pr. Inst. Quib. mod. re. contr. obl. in marg. sub lit. b. Notandum tamen est, quòd, si res bona fide consumptæ sint, mutuum convalescat, etiamsi non sint à vero domino restituta, arg. l. 11. §. 2. in fin. & per expressam. l. 12. vers. Et si alienam. ff. d. toties tit. Nec silentio supprimendum est, hodie mutuo, quantumvis sua sit natura gratuitum, adeò, ut nec usuræ nudo pacto promissæ debeantur ex eo de Jure Civili, arg. l. 3. C. de Usur. ferè semper tamen annecti nostris moribus usurarum stipulationem, teste Schnob. Diss. ad ff. 8. th. 7. Quinimo deberi de jure consuetudinario usuras ex eo, licet peculiari stipulatione promissæ non sint, autor est Magnif. & Clariss. Dn. Præs. in colleg. Inst. priv. ad pr. d. tit. Quib. mod. re. contr. oblig.*

LIIIX. Stipulatio quidem olim in Rep. Romanorum insignem habuit usum, ad formam illius Status præsertim Popularis valdè accommodatum; qui hodie ferè eviluit ab eo tempore, quo Canonicum Jus in judicijs observari cœpit. Verùm referre placet, quomodo olim obtinuerit: Dico itaque, quòd secundum LL. Romanas

Stipulationem,



per Stipulationem 4. alienentur res dari ritè, i. e. verbis aptis coramq; pronuntiatis, & procul omni errore, ab altera contrahentium parte stipulata, moxq; promissa ab altera: quando stipulatoribus à promissoribus etiam tradantur: nam quia specialiter quid in hac materia decisum nusquam reperitur, generali standum puto regulæ, juxta quam traditionibus exhibili causa dominia rerum transferuntur, ex §. 41. Inst. de Rer. div. & Acq. ips. dom. & arg. §. 3. Inst. Per quas pers. cuiq. acquir. Variat verò harum traditio rerum, pro ratione temporis, ex quo petires possunt. Hic sciendum est & præsupponendū, per stipulationem res vel purè promitti, vel in diem, vel sub conditione. Purè promissa statim, dato saltem humanitatis, vel, ut placet Gothofredo ad l. 105. ff. de Solut. & liber. in marg. sub tit. n. necessitatis potius intuitu, modico, coque ex arbitrio iudicis definiendo, ad solutionem temporis spatio, peti tradique possunt. l. 21. ff. de Iudic. & ub. quis ag. vel conv. poss. & deb. l. 213. in pr. ff. d. V. S. §. 2. Inst. d. V. O. nisi vel res ipsæ sua natura, vel locus, ex quo transferendæ, aut in quo tradendæ veniunt, necessario dilationem quandam exigant, diuturniorem: id quod quandoque fieri, videre est; ex l. 41. §. 1. in pr. & l. 73. in pr. ff. eod. tit. de V. O. tunc enim inevitabilem moram stipulatores oportet habere gratam. In diem promissa, si certus sit dies, tradi quidem quovis intermedio tempore possunt; dies enim pro reo adjectus est, qui suo potest beneficio renuntiare. d. §. 2. Inst. d. tit. d. l. 41. §. 1. vers. Verum dies ff. eod. tit. junct. l. 29. C. de Pact. peti verò non possunt ante diem prædefinitum planè præterlapsum. d. §. 2. Inst. d. tit. d. l. 213. ff. de V. S. & expressa l. 42. ff. d. aliquoties tit. de V. O. si incertus sit, conditioni comparatur, eidemque cum conditione juris dispositioni locum facit: unde conditio quoque vocatur in l. 30. §. 4. ff. de Leg. 1. Quid verò sit juris quoad  
traditio.



traditionem, si sub conditione quid promissum sit, iam iam addam & declarabo. Promissa sub conditione, prius nec tradi possunt, nec peti, quam impleta sit adiecta conditio: facit enim illa, ut eousque nondum promissum debeat, sitque interea debiti spes saltem nuda futuri, §. 4. *Inst. d. sape tit.* Istud tamen singulare est, quod hinc ea spes, si contingat stipulatorem, antequam impleatur conditio, vita defungi, transmittitur ad heredes: secus ac in legatis & fideicommissis, uti patebit ex thess. mox subsequituris, per *d. modo §. 4. Inst. d. tit. & §. 25. Inst. de Inutil. stip.* Rationem dispositionis hujus diversæ reddit hanc Dn. Locam. quia possit stipulator etiam heredi suo prospicere voluisse videri, per *l. 9. ff. de Probat. & Prasumpt. testator* verò heredem legatarij non æquè ac ipsum legatarium dilexisse. *in marg. ad d. sape §. 4. Inst. d. tit. de V. O. sub lit. r.* quæ sanè ratio, ut quidem mihi videtur, plausibilis est satis.

LIX. *Similiter §. res alienantur per Sponsonem, durch Sponsonenwetten / durch Bettungen: traditis enim rebus, quarum præcesserit sponsio, victori, simul ad eundem transit illarum dominium, arg. l. 17. §. 5. ff. de Prascri. verb. & in fact. act. ex qua satis evidenter elucet, ante traditionem victorem ex sponsonem rerum dominium non habere.*

LX. 6. *Per Donationes rursus alienantur res diversi modo, prout diversæ ipsæ sunt inter se donationes. Tres autem donationum distinctæ proponuntur species sub tit. Inst. de Donat. Donatio inter vivos simplex, quæ pulchrè describitur in l. 1. statim in pr. ff. eod. tit. Donatio propter nuptias, quæ describitur in d. l. 1. §. 1. ff. d. tit. & Donatio mortis causa, quæ perspicuè explicatur in §. 1. Inst. d. tit. (Imò aliò & in l. 1. in pr. ff. De mort. caus. donat. Per simplicem inter vivos donationem res alienantur, simul ac voluntatem suam donandi, scriptis, aut sinè scriptis donator declarat, & in donationem inter vivos,*



*nem consentis alter. l. 10. ff. d. tit. de Donat. l. 25. C. eod. tit.*  
hodie siquidem voluntatis hæc manifestatio statim dona-  
torem obligat, & ad tradendi necessitatem adstringit; utut  
aliter olim se res habuerit, §. 2. *Inst. eod. tit. l. 35. in pr. C. d.*  
*tit. Nov. 162. c. 1. in pr. Si verò scriptis mentem suam donator*  
*consignarit, instrumentum quoq; donatoris nomen, ius ac rem*  
*donatam continere, nec non ab eodem propria subscribi manu*  
*necesse est, d. l. 25. & l. 31. C. d. tit.* Neque hujus quidem inter  
vivos donationis una species; sed variæ occurrunt, quas  
omnes hic explicare ab instituto meo arbitror alienum.  
Notandum tamen est, quòd donationes hæc, si 500. excedant  
solidos, wenn sie über 1000. Reichsth. sich erstrecken / *insinua-*  
*zione, i. e. relatione in acta publica, indigeant omnino, nec*  
*sinè ea subsistant, d. §. 2. Inst. d. tit. l. 36. §. 3. C. eod. tit.* Sed  
si dictam excefferint summam, nec insinuatae fuerint, su-  
perflua saltem, non totas annihilari donationes, adeoque  
quatenus intra legitimos continentur terminos, validas  
permanere, benignius est & verius, l. 34, in pr. C. d. tit. d.  
Nov. 162. c. 1. §. 2. *Pauca saltem donationes ab omni prorsus*  
*excipiuntur insinuatione, valentq; liberrimè: nempe donatio-*  
*nes ad redemptionem factæ captivorum. d. l. 36. in pr. C. d. sepe*  
*tit. donationes illis factæ, quorum bona diluviis, incendiis ac*  
*consimilibus infortunis perierunt. d. modò l. 36. §. 2. C. d. tit. do-*  
*nationes rerum mobilium seseve moventium bene promeritis*  
*militibus ab eorum factæ Ducibus. ead. l. 36. §. 1. & donationes*  
*ab ipso Imperatore factæ cuiuspiam, vel alio Principe. d. l. 34. in*  
*pr. vers. Exceptis donationibus. C. d. tit.* Similiter tamen &  
si quis diversis vicibus donaverit, valent absq; insinuatione do-  
nationes, etiamsi rerum donatarum pretium tandem 500. soli-  
dos excedat; cum sint enim divisim ac successivè factæ, divi-  
sim quoque, non conjunctim considerari meritò debent &  
æstimari, d. aliquoties l. 34. §. 3. C. d. tit. Tandem autem rerum  
etiam



etiam traditionem simpliciter accedere necessarium est: plenum  
 siquidem dominium possessionem quoque comprehendit.  
 Per donationem propter nuptias res vix alienantur, nisi sub hac alius per  
 conditione si matrimonium vel morte, vel culpa mariti solva- Donati-  
 tur, l. 9. C. d. Pact. convent. tam sup. dot. quam sup. donat. ant. onē pro-  
 nupt. & paraphern. & l. 8. §. 5. C. de Repud. & iud. de morib. pter nu-  
 subl. tunc etenim demum uxor lucratur res propter nupti- ptias,  
 as sibi donatas. Ratio possit hæc esse: quia donatio propter  
 nuptias est saltem quædam quasi ἀντιθέση, i. e. contra-dos,  
 qua de rebus suis in dotē datis securæ mulieres redduntur. l.  
 20. in pr. C. de Don. ant. nupt. vel propt. nupt. & spons. ut adeo ex-  
 tra dictos casus veriùs hypothecæ saltem jus in donatis hoc  
 modo rebus, quàm verum habeant earundem dominium:  
 id quod haud obscure monet etiam Dn. Locam, in marg. ad  
 §. 3. Inst. d. multoties rit. sub lit. t. & apertè docet Dn. Lud-  
 vvell. Diss. Justin. 6. in exeg. th. II. sub lit. d. Fieri verò potest  
 hæc donatio post & ante nuptias, ut & insinuati, si 500. so-  
 lidos excedat. d. l. 20. §. 1. C. d. tit. ubi tamen monendum  
 est, quòd, si mariti talem donationem actis insinuare ne-  
 glexerint, catenus nihilominus ea firma maneat, quate-  
 nus uxores ex ea lucrum percipere possint: ipsi verò mariti  
 pœnæ loco perdant lucrum dotis, quod in casu mortis, aut  
 iniusti ab uxorum parte repudij, percepturi fuissent alias.  
 Nov. 127. c. 2. ibidemque Dn. Gothofr. in marg. sub lit. a.  
 Auth. Eò decursum est. C. d. tit. Ratio redditur in d. Nov.  
 quia mulieribus nihil imputari potest, insinuatione viris  
 competente: virorum verò seu malitia, seu negligentia  
 pœnam meretur. d. l. 20. in pr. C. d. tit. Per mortis autem & alius  
 causa donationem res non alienantur perfectè antequam donans per Do-  
 supervivente donatario decesserit, adeoque morte sua dona- tionē  
 tionem confirmaverit: semper enim & necessariò comple- mortis  
 titur eam hæc donatio conditionem; ut valeat quidem, si causa.)  
 dicto



dicto modo donantis morte confirmetur; secus verò sol-  
vatur. l. 1. in fin. pr. ff. de Donat. Elegans est admodum hac  
de re §. 1. Inst. d. Donat. cujus hæc sunt verba initialia: Mor-  
tis causa donatio est, quæ propter mortis fit suspicionem: cum  
quis ita donat, ut, si quid humanitus ei contigisset, haberet is  
qui accepit: sin autem supervixisset: is, qui donavit, re-  
ciperet: vel si eum donationis pœnituisset: aut prior deceffe-  
rit, cui donatum sit. Elegans etiam est, quod ibidem ex  
Græco in Latinum versum, ex Homero subjicitur, exem-  
plum

*Piræe, incertus quoniam rerum exitus harum est,  
Si tacita incautum stolidi me forte necare  
Morte præci poterunt, & opes vexare paternas:  
Hac ego te malo, quam illorum quempiam habere.  
Sin ego eos iusta meritos affecero clade,  
Tum mihi tu lato reddes illa omnia lætus.*

Ea verò, quæ describitur in l. 2. vers. Aliam esse speciem ff. de  
Mort. caus. donat. & cap. revera non mortis causa; sed inter  
vivos potius donatio est. per l. 27. & l. 42. §. 1. ff. eod. tit. Sed  
& coram 5. testibus, qui requiruntur ad quasvis ultimas vo-  
luntates, donandi mentem donator declarare cogitur. l. 4. C. de  
Donat. caus. mort. gratam habente donationem donatario: po-  
stremum enim hoc perpetuum est in omnibus donationi-  
bus requisitum. Nec prætereundum etiam est, quod insi-  
nuatione non egeat hæc donatio, cujuscunque fuerit quanti-  
tatis: expressè siquidem hoc quoque decisum reperitur in

Contra- ead. l. 4. C. d. modò tit.

Stus inno LXI. 7. Transfertur rerum dominium per contractus  
minatos: innominatos: Do, ut des, Do, ut facias & Facio, ut des: cum u-  
Do, ut traq; pars contrahentium prestitit quod promisit: i. e. vel utra-  
des Do, que res suas dedit, vel altera quidem res suas dedit, altera ve-  
ut facias. rò, quod vi conventionis debuit, fecit: antequam enim fue-  
& Facio, rint  
ut des,



sint ad impleti hi contractus ab utraq; parte, facile rescin-  
 di possunt. Vid. Gomez. *variar. resolut.*, tom. 2. c. 8. n. 3.  
 nam qui primus contractus hosce impleverit, modò res  
 adhuc integra sit, nec alter injusti quicquam pariatur inde  
 damni, (forsan, quia jamjam fuisset & ipse contractus im-  
 pleturus, feceritque jam dum in preparatione subsequatur  
 impletionis impensas, ex l. 5. in pr. ff. de Condict. caus. dat.  
*caus. non sec.*) poenitere potest, & vel condicere, si velit, rem  
 suam datam ob causam, quæ non secuta est. per l. 5. §. 1. & 2.  
 in pr. & l. 7. ff. de Prescr. verb. & in fact. action. vel, si malit,  
 præscriptis verbis actione experiri, ut alter etiam pactis  
 conventis satisfaciatur & contractus impleatur. per d. l. 5. §. 2.  
*vers. Quod si tale est.* ff. d. tit. aut in id, quod interest con-  
 demnetur: per eandem l. 5. d. §. 1. & 2. in pr. nec non d. l. 7. ff.  
 d. tit. Sed ex contractu Facio, ut des, specialiter sunt qui  
 solam de dolo competere contendunt actionem, teste Cor-  
 vino in *Enchir. ad tit. Inst. de Oblig. qua ex quasi contractibus*  
*nasc. quest. fin. de Contract. in nom.* Videtur autem obstare  
 ei, quod dixi per contractus hos non transferri rerum do-  
 minium, nisi ad impletis eisdem ab utraque parte, dicta lex  
 §. ipsa, §. 1. *vers. Sed si scyphos* ff. d. tit. ubi dicitur, quod in  
 contractu Do, ut des, statim pertineat periculum rei vicissim  
 danda, antequam adhuc tradatur, ad eum, qui primus rem de-  
 derit, & à sua parte Contractum impleverit: id quod nota solet  
 esse veri rei domini: trita siquidem satis Juris est regula; res  
 quaslibet suo perire domino ex l. 9. C. de Pignor. act. Verùm  
 respondeo §. hunc intelligendum ita esse, quòd eatenus ni-  
 mirum periculum rei vicissim danda, hoc in casu, qui d. modò  
 loc. describitur, pertineat ad eum, qui prius implevit con-  
 tractum, ut ipse hanc eandem numero rem ulterius petere non  
 possit, nec uti propterea præscriptis verbis actione: quam sen-  
 tentiam communem dicit, & amplectitur etiam Schnob.

H

Disp.



022  
Disp. ad ff. II. th. 33. Sic explicatus hic §. non pugnat quoque cum l. fin. ff. d. tit. de Condiēt. caus. dat. caus. non sec. nam hac de conditione ob causam dari, non de prescriptis verbis actione intelligenda est, arg. ipsius tit. qua datum nihilominus potest repeti, licet perierit vicissim dandum ab altero. Dn. Schnobel, d. loc.

*In solutiō* LXII. 8. Per In solutum dationem fit rerum corpora-  
dationē, lium alienatio, quando (presuppositis presupponendis) credito-  
ribus extraduntur, ut amant loqui Practici, vel libera permit-  
titur eorundem apprehensio. l. 16. & l. 34. §. 7. de Solut. & liber. l. 10. C. eod. tit. & arg. l. 79. ff. d. tit. Sed necessarium est ad hanc alie-  
nationem, ut res à debitoribus animo dominium in ipsos credi-  
tores transferendi vel tradantur, vel apprehendi permittan-  
tur: secus etenim si fiat, & debitores paulò post traditio-  
nem recipere res cogitent, illa traditione nuda non alie-  
nantur, per expressum textum in l. 55. ff. d. tit.

*Lusus,* LXIII. 9. Per Lusus res alienantur, de Iure potissimum  
Consuetudinario, (quod & sub initio disputationis, th. vi-  
delicet 3. monuisse ne reminiscor, & observatum denuo  
cupio; quantum vis multis in locis Statutorum vigore ad Jus  
Romanum fuerit recursum, & id denuo sancitum,) simul  
ac à liberis rerum suarum moderatoribus colludentibus in me-  
diumpositis illis, exitus lusus sine fraude victorem demonstrat.  
arg. verbb. s. victus fuerit, in l. 4. §. 1. statim in initio ff. de  
Aleat. ex quibus apparet post exitum lusus, appositas, ex  
more lusoribus usitato, res victori cedere: junct. l. 3. vers.  
Deinceps verò in verbb. final. C. eod. tit. ubi removentur  
expressè dolus & fraudulentæ machinationes ab omni lusu.  
Vid. tamen Jul. Clar. §. Ludus n. 7. & 9. nec non Schnobel.  
Disp. ad ff. 7. th. 28.

*Heredis* LXIV. 10. Transfertur rerum dominium per Heredis  
*institu-* institutionem, quando heres institutus hereditatem sibi dela-  
*tionem,* tionem, tam



nam adis, aut quovis modo pro herede se gerit: Clariss. Pac.  
 in Isagog. ad tit. ff. d. Hered. inst. n. 1. quod posterius quomo-  
 do fiat, docet Ulpianus in l. 10. 20. 21. & 25. §. 7. Paulusque  
 Jct. in l. 88. ff. de Acquir. vel omitt. hered. Tunc enim verè  
 fit heres, & in omne defuncti jus succedit, l. notabili 23. in pr.  
 ff. de Acq. vel amitt. possess. §. 7. Inst. de Hered. qual. & differ.  
 Schnobel, Disp. ad ff. 16. th. 30. excepta tamen possessione,  
 nisi naturaliter hæc etiam apprehensa fuerit: hoc etenim  
 solo modo acquiritur, d. l. 23. in pr. ff. d. tit. de Acquir. vel  
 amitt. possess. Vid. Dn. Locam. in marg. ad §. 6. Inst. d. tit.  
 sub lit. x. Competit autem jus adeundi diversis temporibus  
 heredibus, pro diversitate institutionis: hæc enim si pura  
 est, i. e. sine die conditioneve, statim poterit heres heredi-  
 tatem adire, cum sciverit se heredem esse institutum, eum-  
 que, à quo institutus est, in vivis esse desiisse, nec non in-  
 stitutionis qualitatem, nempe quòd pura sit illa. (hac enim  
 sine cognitione neutrquam potest adire) Dn. Rittersh. ad  
 §. 9. 10. & 11. Inst. de Hered. instit. in ipso sine pag. mihi 257. l. 19.  
 & 32. in pr. & §. 1. ff. d. tit. de Acq. vel omitt. hered. sin condi-  
 tionalis est, aut ex incerto die, (qui conditioni comparatur,  
 imò conditionem facere dicitur in l. 75. ff. de Condit. & de-  
 monstr. & caus. & mod. eor. qua in testam. scrib. ad quam vid.  
 etiam Dn. Goth. in marg. sub lit. c.) ante conditionis imple-  
 tionem, dieive existentiã, hereditatem heres adire nequit:  
 per l. 13. ff. de Condit. inst. & l. 1. C. de Inst. & subst. & restit. sub  
 cond. fact. Hic notandum est, quòd, si plures præscriptæ sint  
 heredi conditiones conjunctim, omnibus teneatur satis-  
 facere: sin disjunctim, cui præ cæteris maluerit uni, ex l. 5.  
 ff. d. modò rit. Ex certo verò die heres institui nequit: quia,  
 temporis etiam respectu, nemo testatus pro parte decedere  
 potest, & pro parte intestatus: cum generaliter hoc, adeoq;  
 omni modo prohibeat, l. 7. ff. de R. I. Porro notandum est,





ad heredis heredes hoc adeundi jus non transmitti, quem-  
admodum fusiùs id probat legibus & rationibus Gomez.  
*variar. resol. tom. 1. c. 9. n. 1. 2. 3. 4. 5. & 6.* ubi quidem ipse in-  
clinat in contrarium; sed hanc tamen opinionem com-  
muni DD. sententia comprobata esse non diffitetur. Vid.  
etiam add. Gomez. cap. Eman. Soarez, à Ribeira *sub lit. d.*  
& Dn. Ludvvell. *Disp. Justin. 8. in exeg. thes. 4. sub. lit. d.* Ex-  
cipiuntur tamen pauci casus, quos enumerat idem Gomez.  
*d. tom. & cap. n. 7. 41. & 46. ubi, ut & reliquis numm. tan-  
intermediis, quàm sequentibus, de iisdem agit plurimis.* Jun-  
gendus autem his casibus est & iste, si cum jure institutio-  
nis conjunctum sit jus accrescendi. ex *l. 9. in pr. ff. de Suis &  
legit. hered.* Tandem notandum est, quòd hereditatis  
aditio sit solennis actus, quo extraneus heres institutus, he-  
reditatem sibi delatam suscipit: desinente Dn. Locam, ad  
*§. 5. Inst. d. tit. de Hered. qualit. & differ. sub lit. p.* iteratò,  
diligenter hoc observatum cupere me, monco; nam si  
quis ad anteriora reflectat oculos, videbit th. 3. quoque me  
scripsisse, per extranei potissimùm heredis institutionem  
rerum dominium transferri: veriùs enim est, si suus heres  
hereditatem nanciscatur, hereditariarum rerum domi-  
nium non mutari; sed continuari: non ob arctissimam  
tantummodo conjunctionem inter eum & defunctum, cu-  
jus mentionem feci supra *d. th. 3*; sed & ob hanc rationem  
propinquiorem, quia liberi vivis etiamnum parentibus  
paternorum bonorum quodammodo sunt domini. Tex-  
tus est elegantissimus in *l. 11. ff. de Lib. & posth. hered. inst. vel  
exhered.* Hinc suus heres dicitur hereditariis se rebus im-  
miscere, cum hereditatem agnoscit: & à rebus hereditariis  
abstinere, quando derelinquit hereditatem. Dn. Locam.  
ad *d. §. 5. Inst. d. tit. sub. lit. q.* illo siquidem casu saltem  
actu declarat, se rerum, quarum jam antea dominium ha-  
buerit.



buerit, imposterum velle dominum permanere; hoc verò, quòd earum rerum dominus ulterius esse nolit, Magnific. & Nobiliss. Dn. Præs. in colleg. priv. ad d. aliquoties §. 5. Inst. d. tit. Imò dicitur heres non fieri; sed existere: non esse nolle; sed esse desinere, Laudat, paulò ante Dn. Locam. d. loc. in fin.

LXV. De Substitutionibus II. simile sit iudicium: nempe, quòd per eas quoq; rerum dominium transferatur, cum hereditates adeant substituti, vel aliter pro heredibus segerant, arg. l. 3. ff. de Acquir. vel omitt. hered. junct. Juris textt. allegatt. th. proximè preced. ex quibus conjunctis colligere licet, quòd, cum heres institutus hereditatem sibi delatam adire, suamq; verè facere nequeat, aut nolit, substitutus adire tum eam possit, & debeat, si velit eandem sibi acquirere. Clarior adhuc aliquantulum est. l. 69. ff. eod. tit. Verùm, competit & substituti jus adeundi diversis temporibus, pro substitutionum ipsarum diversitate, quarum vulgaris est alia, alia pupillaris & exemplaris alia. pr. & §. I. Inst. de Pupill. substit. Universalis tamen est regula, substitutionem omnem esse conditionalem institutionem, ut rectè docet Laudatus sæpissimè Dn. Rittershus. b. m. in comment nov. ad pr. Inst. de Vulg. substit. pag. mihi 257. ex qua firma formatur hæc major: Quandoquòq; impletur conditio, quam qualibet substitutio continet, tum substitutus heres jus adeundi hereditatem consequitur; hæc etenim conditionis est in genere natura, ut in eventum suum usque juris dispositionem suspendat, arg. l. 1. C. de Inst. & subst. & rest. sub. condit. fact. Vid. Gomez. Var. resolut. tom. 1. cap. 12. n. 59. Substituti vul. (Imò rurgariter E. ad hereditates admittuntur, si heredes instituti non sus adeant eas intra præstitutum tempus, sive quòd nolint, sive per Sub. quòd non possint: nam perpetuam hanc conditionem sui stituro-natura complectitur hæc substitutio, d. l. 69. ff. d. tit. & l. 3. C. de nem vul.

H 3


Hered. garem,



52  
*Hered. instit. Landat. Gomez. Variar. Resolut. tom. 1. cap. 23  
n. 14.* Sin autem instituti hereditatem adeant, illico ab  
omni spe successionis excluduntur substituti vulgariter, &  
expirat illa substitutio, quia conditio, sub qua facta fuit,  
imposterum verificari nequit. *l. s. C. de Impuber. & al. substit.*  
Magnif. & Excellentiss. Dn. Præs. in colleg. priv. ad §. 8. *Inst.*  
*alius per d. tit. de Pup. subst. Pupillariter substituti jus succedendi adi-*  
*Substitu- piscuntur, si pupilli, heredes à patre aut avo instituti, vel he-*  
*tionem redes omnino non fiant, vel heredes quidem fiant; sed ante*  
*pupilla- pubertatis annos decedano: hæc liquidem inseparabiliter*  
*rem, inest substitutioni pupillari conditio. pr. Inst. d. modo tit.*  
Si verò pupilli & heredes fuerint, & ad pubertatis annos  
(masculi ad annum ætatis 15. femellæ 13. Wenn jene über 14.  
und diese über 12. Jahr/ juxta pr. *Inst. Quib. mod. tut. fin.*)  
pervenerint, amittunt omne jus succedendi substituti pu-  
pillis, & extinguitur hæc substitutio: per dictam supra ra-  
tionem, quia cò res devenit, ut conditioni, quam substitu-  
tio pupillaris exigit, ampliùs locus esse non possit. Magnif.  
& Nobiliss. Dn. Præs. in colleg. priv. ad eundem d. §. 8. *Inst. d.*  
*& alius rit. Substituti tandem exemplariter admittuntur ad successio-*  
*per Sub- nem in bonis hereditariis, si liberi furiosi vel mente capti, here-*  
*stitutio- des à parentibus instituti, in furore vel dementia vita ex-*  
*nem ex- cesserint, nec ex eis sanamenti prognati super fuerint. §. 1. Inst.*  
*empla- d. tit. de Pup. subst. l. 9. C. d. tit.* Si verò non pater modò;  
*rem,)* sed & mater exemplariter substituerit, succedent separa-  
tim: à patre substituti, in bonis, quæ liberis furiosis aut men-  
te captis à patre obvenerunt: à matre substituti, in bonis,  
quæ à matre eis obvenerunt: in reliquis verò bonis, utri-  
que conjunctim ex æquis partibus: ex opinione Bartoli,  
quam, licet ab ea dissentiat ipse, communiter tamen re-  
ceptam esse testatur Emanuel Soarez. à Ribeira ad Gomez.  
*Var. Resol. tom. 1. cap. 6. n. 13. sub lit. h.* ubi solam vult valere  
substitutionem patris: quæ sanè sententia probari posset ex  
hac



hac ratione, quod exemplaris substitutio excogitata sit ad  
 exemplar pupillaris, eaque propter eandem merito imi-  
 tetur: substitui vero pupillariter non nisi ab illis possit,  
 qui liberos habent in potestate, per *d. pr. Inst. d. tit.* Ast  
 vero, si liberi instituti, antequam moriantur, à furore de-  
 mentiave sua perpetuo convalescant, aut, cum decesse-  
 rint, sanæ mentis fuerint, nulla spes succedendi substitu-  
 tis superest: defecit enim conditio, sub qua sunt substituti.  
 Magnific. & Excellentiss. rursus Dn. Præs. ad *d. §. 8. Inst. d.*  
*tit. in colleg. priv.* Sed, si quidem aliquandiu à furore vel  
 dementia liberi convalescant, postea vero in furorem de-  
 mentiamve reincidant, & ita decedant, plausibilius est  
 substitutionem factam adhuc valere: secundum ea, quæ  
 tradit Laudat. sæpe Gomez. *Var. Resol. tom. 1. cap. 6. n. 11.*  
 Ex jam dictis apparet, universalem & hanc esse regulam,  
 quod, quamdiu prior heres (institutus) adire possit heredita-  
 tem, substitutus non admittatur. ex *ad. ll. 3. & 69. ff. d. tit. de*  
*Acq. vel omitt. hered.* Notandum saltem est adhuc, hoc jus  
 adeundi seu succedendi substitutis competens heredibus,  
 non etiam transmitti ad heredes eorum, per *l. 10. in pr. ff.*  
*d. Vulg. & pup. substit.* cujus ratio hæc est, quia jus est con-  
 ditionale, ut dixi hac ipsa th. supra, quod ad heredes non  
 transmittitur. arg. *l. un. §. 7. C. de Caduc. tollend. in verb.*  
*Quod si in medio is decedat, hoc, quod ideo non prava-*  
*luit, manere disponimus apud eos, à quibus relictum est.*  
 Unde denuo nascitur regula generalis, quod substitutio vi-  
 vos saltem tangat, & per mortem substituti evanescat. ex  
*l. 9. vers. Alia causa est. ff. de Suis & legit. hered.* Aliud tamen  
 est statuendum, si cum jure substitutionis conjunctum sit  
 jus accrescendi: per *l. 59. ff. d. aliquoties tit. de Acquir. vel*  
*omitt. heredit.* Vid. Gomez. *Variar. Resol. tom. 1. cap. 3. n. 29.*  
*in fin.*





Legata

LXVI. 12. Per Legata transfertur aliter atq̄ aliter

rerum rursus dominium, pro diversa legatorum, quam ex testatoris dispositione sortiuntur, qualitate; non enim uniusmodi legatum omne; sed præcipuè purum aliud, aliud in diem est & aliud sub conditione. l. i. in pr. ff. de Cond.

(Et quidem aliterum per Legata pura,

& demonstr. & caus. & mod. eor. qua in testam. scrib. Purum legatum est, quando rem simpliciter, & absque temporis conditionisve, quæ legati petitionem suspendat, mentione testator legat. d. l. i. in pr. ff. d. tit. Gomez. Variar. Resol.

tom. 1. cap. 12. n. 57. Per hoc alienatur res ipso jure, quantumvis eam corporaliter nondum apprehenderit, simul ac, adita ab herede hereditate, legatum legatarius agnoverit, gratumq̄ habuerit. per l. 80. §. 2. ff. de Legat. & fideicommiss. 1. facit huc etiam l. 80. ff. de Legat. & fideicommiss. 2. ubi cum dicitur,

quòd dominium rei legatæ rectà seu recta via à defuncto transeat ad legatarium, non tempus verbis hisce; sed modum translationis domini significari, mihi firmiter persuadeo, motus verbb. fin. nunquam factum heredis, ex quibus meritò hæc eruitur explicatio: nam rei legatæ dominium, non, ut fideicommissæ, mediatè vel obliquè per tertiam; sed immediatè & directò confertur à testatore legatario: ut ad id nihil heres conferat; sed possessionem modo postea præstare necesse habeat: quem sensum confir-

alius per Legata in certū diem

mat etiam lex elegantissima 64. ff. de Furt. Legatum in diem relictum, diem habet vel certum, vel incertum adjectum.

Illud puro legato proximè accedit: hinc etiam ante scriptum diem res tali modo legatæ præstari possunt. d. l. 1. §. 1. ff. de Condit. & demonstr. & caus. & mod. eor. qua in testam. scrib. & l. 70. ff. de Solut. & liberat. cujus ratio annectitur in d. l. 1. §. 1. quia certum est, modò non intereat ipsa rerum universitas, diem scriptum esse tandem aliquando venturum, legatamque rem debitum iri. Quinimo hinc quoque le-

gatum



60.

gatum in certū diē, ut purū, à Legatario transmittitur ad heredes, si pramoriatur ipse, antequā res ab herede testatoris præstetur, ut heredes legatū capere possint, & si necessum sit, ad consequendum illud uti concessis à jure actionibus, Rei vindicatione, Hypothecaria vel Ex testamento. arg. §. 2. in fin. Inst. de Legat. ad quem videri meretur Dn. Rittersh. in Commnt. nov. pag. mihi 288. in fin. l. 1. C. Comm. de leg. & fideic. & de in rem miss. tollend. Verūm dominium per legatum in diem certum non transit ad legatarium ante diei prædeterminati adventum regulariter. l. 26. in pr. ff. de Vs. & usufr. & red. & habit. & oper. per legat. vel fideic. dat. cujus textum hoc in casu notabilem dicit post alios Gomez, Var. Resol. tom. 1. cap. 12. n. 57. in fin. Hoc, (Legatum in incertum diem) ut & alius Legatum sub conditione, non transferunt rerum dominium, an per Legatam quam extet scriptus dies, aut adimpleatur scripta conditio: ta in di- nec ante nascitur ex eis obligatio vel actio. arg. l. 79. §. 1. emincer- ff. d. aliquoties tit. de Cond. & dem. & caus. & mod. eor. qua in tum vel test. scrib. l. notabili 21. in pr. vers. At si incerta ff. Quand. dies sub con- legat. vel fideicommiss. ced. Hinc nec ante diem conditio- ditio- nemve præstari possunt hisce modis legata, nec, si pramo- riatur legatarius, priusquam præstentur, ad heredes ejus transmitti. arg. l. 4. in pr. & à contrario l. 5. in pr. ff. d. modo tit.

LXVII. Per fideicommissum tandem 13. rerum relicta- Vel Fi- rum dominium transfertur, cum fiduciarius heres eas ad placi- deicom- tum defuncti testatoris fideicommissario restituit, & hic ab illo missa. recipit, expressa l. 63. in pr. ff. Ad Sc. Trebell. Verūm enim verò, cum fiduciarius res suæ commissas fidei variè possit etiam fideicommissario restituere, hinc ex ipsa restitutio- nis varietate succrescit quoque discriminis aliquantulum in translatione rerum domini: id quod jam ex sequenti- bus apparebit manifestius. Restituere res fidei suæ com- missas fideicommissario potest heres fiduciarius re ipsa, vel verbis, l. 37. in pr. ff. d. tit. Re ipsa restituisse censetur eas

LXXI

I

1. quan-



1. quando vel ipse, vel ejus jussu quispiam alius, v.g. procurator, negotiorum gestor &c. realiter & ipso facto restituit. 2. cum sciens & consentiens permittit, ut à fideicommissario apprehendantur & possideantur, adeoque nuda voluntate restituit eas. *d. modò l. 37. in pr. ff. d. tit. hisq; casibus transfertur in ipsum fideicommissarium & dominium & possessio. d. l. 63. in pr. ff. d. tit. junct. l. 23. in pr. ff. d. Acq. vel amit. possess.* Verbis eas restituit, quando vel coram dicit, vel per epistolam seu literis scribit, vel denique per nuntium significat fideicommissario, se res fidei suæ commissas ei restituere, vel, ut pro restitutis eas habeat, concedere. *d. l. 37. in pr. ff. d. tit. Ad Sc. Trebell. & hisce casibus dominium solum transit ad fideicommissarium, sine possessione.* Vid. Gomez. *Var. Resol. tom. 1. cap. 5. num. 13. & n. 30.* Controvertitur autem inter Dd. utrum, si universitas per fideicommissum relicta sit, ad fideicommissarium dominium ejus utile transferatur, an directum? cum quoddam apud fiduciarium, qui heres esse non desinit, per expressum textum in §. 3. *Inst. de Fideicom. hered.* remanere oporteat. Mihi placet opinio Emanuelis Soarez. à Ribeira, qui verius, & juris rationibus magis dicit esse consentaneum. quòd rerum singularum, quas hereditas relicta complectatur, dominium directum etiam restitutione facta ad fideicommissarium transeat: ipsius hereditatis verò, ceu universitatis, respectu, dominium modò consequatur utile, remanente directo penes fiduciarium. Ad Gomez. *Var. Resol. tom. 1. cap. 5. num. 1. sub lit. b.* Illud adhuc mihi lubet addere, quòd, si fideicommissum sub conditione relictum sit, aut in incertum diem, & moriarur fideicommissarius ante factam restitutionem, jus petendi fideicommissum non transmittatur ad heredes; sed expiret. ex *l. un. §. 7. C. de Caduc. tollend.* si verò relictum sit purè, vel in certum diem, tum transmittatur omnino juxta Gomez. *d. tom. 1. Var. Resol. cap. 5. num. 9.*



LXIIII. Hisce modis pro variatione titulorum va- 3. de Re-  
 riè res alienantur & earum transfertur dominium: restat *strictio-*  
 nunc ut explicem, *Quatenus fieri possit rerum corporalium ne, Qua-*  
*alienatio, quod fuit membrum proposita supra, th 53. questio- reus fie-*  
*nis postremum: huic autem tractationi satisfacisse me putabo, si possit*  
*si monstravero, quatenus citra specialiore[m] rerum persona- aliena-*  
*rumve respectum, (de tali siquidem alienationis prohibitio- tio:*  
 ne, quæ personarum rerumve qualitati innititur adeò, ut  
 eadem mutata illico expiret, jam tum in præmissis egi, ubi  
 de personis alienantibus rebusque alienabilibus disserui)  
*ratione circumstantiarum aliarum alienatio fieri non possit.*  
*i. e. quatenus rerum dominium, non primario propter ipsarum*  
*rerum personarumve qualitates obstantes, sed extrinsecus ac-*  
*cedentens causas alias, transferri nequeat: exceptiones enim*  
 firmant regulam in casibus non exceptis, ut eleganter do-  
 cet *Aphor. 17. de Certitudine LL. in Sermon. suis Fidelib.*  
 Baconus de Verulam. & cum contrariorum contraria sem-  
 per sit conditio, hinc ex uno eorundem statim iudicium  
 fieri potest etiam de alio.

LXIX. *Fieri non potest E. hoc respectu rerum alienatio si Nempe*  
*vel sola lex expressa, vel testantis rationabilis ultima voluntas, quatenus*  
*vel pacta conventa inter vivos à legibus approbata, obstant, non ob-*  
*stant: & eam fieri verent. l. fin. C. de Reb. alien. non alien. aut irri-*  
*stant: tam esse, revocariq; jubeant: idem siquidem est (quoad ul-*  
 timum effectum scilicet) in jure, non fieri aliquid, & non  
 valere seu reprobari. De singulis separatim agam, majoris  
 lucis & melioris ordinis gratia.

LXX. Primo loco de lege expressa tractabo. *Hac presse le-*  
*alienationem vel in genere certis ex causis valere non patitur, ges: vel*  
*vel specialiter, certis saltem casibus, non sinit esse ratam. in gene-*

LXXI. Lex expressa in genere 1. irritam esse vult re, *Qua ra-*  
*ipso jure omnem alienationem factam per errorem: non ta- men tione ir.*



rita om- men quemlibet exiguum; arg. l. 9. §. 1. & l. 14. ff. de Contr.  
nis est a empr. vend. de pact. int. empt. & vend. comp. & qua res ven.  
lienatio, non poss. sed tantum, qui consensui circa substantialia ne-  
qua sit gotij, sine quo fieri nulla potest alienatio, per adducta su-  
per Er- pra in definitionis explicatione, th. 3. adversatur. per d. l. 9.  
rorem, in pr. & §. 2. ff. d. tit. l. 57. ff. de O. & A. & l. 35. ff. de A. R. D. Vid.  
etiam Dn. Ludvvell. Diss. Justinian. 13. in exeg. th. 1. sub lit. a.  
proximè ante b. & Aristot. Ethicor. 3. c. 1. ubi ait: Qui eo-  
rum aliquid ignoravit, in quibus actio consistit, invitus fecisse  
(adeoque non consensisse) videtur: ac multo quidem maxi-  
mè in iis, quæ principem locum obtinent. Ea autem videntur  
principem locum obtinere, in quibus & actio consistit, & id, cu-  
jus gratia actio suscipitur.

LXXII. 2. Ratam esse non vult omnem alienationem  
Dolum dolo factam malo: nam si, qui dolo alterius inductus res  
malum, suas alienavit, læsum postea se sentiens, egerit adversus  
alterius, eum de dolo, aut ad rei restitutionem, ex arbitrio Judicis  
faciendam, aut, in pœnam contumaciæ, quanti res est, i. e.  
quanti læsus in litem juraverit, (accedente tamen utrobi-  
que justa Judicis taxatione) reus est condemnandus. l. 17.  
in pr. & expressa l. 18. in pr. ff. de Dol. mal. l. 4. vers. præcipuè  
Quod si penès te. C. eod. tit. Si verò res alienata jam tum pe-  
rierit, ad ejus restitutionem agitur inutiliter, proceden-  
dumq; statim est ad condemnationem rei in id, quod acto-  
ris interest. d. l. 18. §. 1. ff. d. tit. Tempus autem actionis hu-  
jus biennium est continuum, à die, quo dolus commissus  
asseritur, numerandum: intra quod planissimè concludi-  
tur, ut nec post illud inchoari, nec intra illud inchoari  
quidem, post illud verò finiri possit: sed & proponi & ab-  
solvi necesse sit eandem intra memoratum temporis spa-  
tium, idque sine discrimine distantia locorum: per elegan-  
tem l. 8. C. eod. tit. Sed utut hæc de dolo actio biennium  
non



62

non egrediatur; eo tamen elapso nihilominus & in ipsum  
dolosum, & in ejusdem heredes perpetuò datur, citra no-  
tam infamiae, simplex in factum actio, quatenus ex dolo  
commisso lucrum quoddam senserunt, seu locupletiores  
facti sunt, aut quatenus dolo malo fecerunt, quominus ex  
dolo quicquam ad eos perveniret. *l. 26. 27. 28. vers. Sed utiq;*  
*in heredem. 29. & 30. ff. d. tit.* Ast verò si fraudulenter alic- *vel pro-*  
nans ipse rem gesserit, alienandæ rei vitium supprimendo, *prium,*  
vel aliam eam deprædicando promittendoque, quàm qua-  
lis ipsa est re vera, de dolo quidem, cum supersit alia, non  
adversus eum; sed redhibitoria datur actio ex edicto Ædi-  
litio: modò tale sit tantumque vitium, quod usum rei im-  
pediat. *l. 1. §. 1. & 8. ff. de AEdil. edict. & redhib. & quant.*  
*min.* qua hoc intenditur, ut rescisso alienationis negotio,  
rem suam recipiat alienans, pretiumque restituat alteri,  
cum accessionibus, usuris nec non impensis in rem dolosè  
alienatam factis, necessariis & utilibus. *l. 23. §. 7. l. 29. §. 2.*  
*& 3. l. 30. §. 1. & l. 60. ff. d. modò tit.* Quòd autem pretii feci  
mentionem, ex eo licet colligere, hoc edictum actionem-  
que hanc non pertinere, nisi ad alienationes oneroso quo-  
dam factas titulo: id quod probat etiam *l. 62. ff. eod. tit.*  
Nec obstat lex sequens ibidem 63. ubi dicitur *ad solas ven-*  
*ditiones edictum pertinere:* respondeo siquidem, quòd *em-*  
*ptionis venditionis vocabulo,* quemadmodum etiam supra  
th. monui 27, quandoq; significetur omnis in universum alie-  
natio, maximeq; omnis oneroso facta titulo. per *l. 29. §. 1. ff. de*  
*Stat. liber. & arg. l. 19. ff. de Action. empt. vend.* ad quam vi-  
dendus est Dn. Gothofr. in marg. sub. lit. k. quodq; ex *l. 19.*  
*§. 5. ff. d. tit. d. AEdil. edict. & redh. & quant. min.* ad alias  
omnino etiam, quàm per emptionem venditionem factas, alie-  
nationes id ipsum edictum pertinere, luculentò satis constet.  
Probè tamen observari meretur hoc, quòd alienans, nisi



primo Judicis jussui pareat, & re recepta pretium dicto modo restituat, in duplum pretii condemnetur & omnis accessionis ejus, per expressam *l. 45. ff. d. tit.* Sin rei vitium tantum haud est, ut usus ejus per illud prorsus impediatur, æstimatoria quæ vocatur, seu quanti minoris, saltem datur actio, quæ competit ad hoc, ut propter vitium rei, nimum pretii restituat alienans, *arg. l. 31. §. 16. l. 38. & l. 43. §. 6. ff. d. sepe tit.* Vid. Corvin. *in enchir. ad Inst. de Empt. vend. sub tit. specialiori de Redhib. & quant. min. quest. antepenult.* Quando quanti minoris supplementum habet locum? Tempus redhibitoria 6. mensium est utilium, ex die venditionis factæ, vel quo dictum promissumve quid est, computandum, *l. 19. §. 6. ff. d. rit. l. 2. C. de AEdil. action.* cujus vices, secundum proportionem computationis factæ in *l. 7. C. de Temp. in integr. restit.*, supplebit biennium continuum: & interea temporis si dolo læsus vel lædens vita excesserit, ad aut in heredes ejus transibit hæc actio, *l. 48. §. 5. ff. d. pluries rit.* Ipsius verò quanti minoris seu æstimatoria tempus, annus est utilis *d. l. 19. d. §. 6. ff. d. rit. d. l. 2. C. d. rit. de AEdil. action.* pro quo, secundum *d. l. 7. C. d. rit. de Temp. in integr. restit.*, quadriennium continuum venit numerandum.

& Metū  
justum: LXXIII. 2. Alienationem vi extortam metūq; factam: nam si vim passus, cui ve metus est injectus, læsum se sentiens, actione quod metus causa utatur adversus eum, qui vim fecerit aut metum injecerit, reddito, si quod interceserit, pretio, condemnandus est ille, modò res extet adhuc, 1. ad simplicem rei, cum fructibus tamen & omni causa seu emolumento ex ea percepto percipiendoque, restitutionem, ex arbitrio Judicis faciendam: cui Judicis arbitrio nisi morem gesserit, 2. condemnandus est ob contumaciam & ad rei ipsius restitutionem, & ad tripli præ.



præterea præstationem. l. 1. l. 9. §. 3. 5. & 7. l. 12. in pr. nec  
 non l. 14. §. 1. 4. 7. & 10. ff. Quod met. caus. gest. er. l. 4. & 12. C.  
 de His, quæ vi met. caus. gest. sunt, & l. 1. C. de Rescind. vendit.  
 Imò competit etiam hæc actio, quantum vis res jam antea  
 perierit. l. 1. C. d. tit. de His, quæ vi met. caus. gest. sunt. in id  
 nimirum, quod interest læsi vi metuque extortam non  
 esse: nullo namque tempore Prætor, quod vi metusve cau-  
 sa gestum erit, ratum habebit. l. 21. §. 1. ff. d. tit. Ast, si plu-  
 res simul vim fecerint vel metum intulerint, adversus sin-  
 gulos datur in solidum, quod omnino etiam notari me-  
 retur ex l. 14. §. 15. ff. d. tit. Sed non solum datur adversus  
 ipsos vim facientes aut metum inferentes; verum etiam  
 quemlibet rei sic alienatæ possessorem sive detentorem,  
 eodem modo, per expressam l. 14. §. 3. ff. d. sape tit. & l. 5. C.  
 d. tit. Nec ulla subest hæc iniquitas, cum conventus hæc  
 actione non illico condemnetur in quadruplum; sed usque  
 ad extremum temporis in priori Judicis sententia (quæ  
 potiùs arbitrium vocabitur arg. l. 14. §. 4. ff. d. tit.) definiti  
 momentum, rem saltem solam restituendi habeat licen-  
 tiam; quod verò si facere contumaciter neglexerit, quare  
 non tum jure meritoque quadrupli poenam patietur? se-  
 cundum d. l. 14. §. 3. & 4. ff. d. tit. Vim autem verè factam  
 metumve injectum esse oportet. arg. tit. hæc de materia con-  
 ceptorum in ff. & C. nec sufficiunt leves saltem minæ, metusq;  
 vanè conceptus; sed metus requiritur iustissimus & præsens, qui  
 cadat etiam in constantissimum & maximè cordatum. l. 6. l. 9.  
 in pr. & l. 23. §. 1. ff. d. toties tit. Similiter non quævis indiscri-  
 minarim sufficiens est ad producendam quod metus causa  
 actionem & eam subsequentem restitutionem in inte-  
 grum vis aut coactio; sed enormem esse oportet & illegitimam,  
 sive talem, quæ contra bonos fiat mores. l. 3. ff. d. tit. ut exclu-  
 datur iusta refractariorum & inobadientium coactio,  
 quam



quam meritò Magistratus quilibet exerceat, quamque pas-  
sim Jus Civile comprobatur & seriò commendat. Exempla  
vis illius enormis & illegitimæ proponuntur in *l. 22. ff. d. tit.*  
Item in *l. 4. & 7. C. d. aliquoties tit.* Quod verò de con-  
demnatione dixi in quadruplum ex hac actione, id verum  
est, quoties intra annum, & quidem utilem, i. e. quadrien-  
nium continuum, per *l. 7. C. de Temp. in integr. rest.* vim  
passus aut metum, intentarit eam adversus adversarium:  
hoc autem effluxo, postea non datur nisi in simplum: nec  
id semper; sed cognita demum causa; per d. frequenter *l. 14. §. 1. ff. d. tit.* in qua causæ cognitione versatur hoc, ut, si alia  
sit actio, quod metus causa non detur: si alia nulla sit, tunc  
hæc ipsa detur actio, & quidem ex causa non levi; sed ido-  
nea. *d. l. 14. §. 2. ff. d. tit.* & *l. 4. C. d. sepiissime tit. de His, quæ  
vi met. caus. gest. sunt.* Cæterum datur in heredes etiam hæc  
actio, quatenus ex metu injecto vel vi facta lucrum sen-  
serint. *l. 19. ff. d. tit.* Quinimo datur in heredum quo-  
que heredes absque omni lucri respectu: quantumvis e-  
nim primus heres, quod ad eum ex injecto metu factave  
vi pervenerit, prodegerit & consumpserit; nihilominus  
secundus heres hac actione tenetur, ut ut ad eum nihil o-  
mnino pervenerit: quia sufficit proximum heredem se-  
mel lucrum aliquod cepisse. *l. 17. ff. d. tit.*

*Vel in spe* LXXIV. In specie lex expressa prohibet. 1. alienatio-  
*cie: quæ-* nem per inofficiosas parentum donationes esse ratam, si à liberis  
*admodum* agatur ad rescissionem. *l. 1. l. 2. §. & 7. C. de Inoffic. donat.* Sunt  
*reproba-* autem donationes inofficiosa, quibus parentes vel planè, vel penè  
*tur* Alie- omnes facultates suas seu omnia bona profundunt, in unum, vel  
*natio per* quosdam ex liberis: aut in prorsus alienum unum, vel aliquos:  
*inofficio-* aut in quosdam ex liberis, & quosdam alienos simul: ut quarta  
*sas dona-* legitima, liberis ex bonis parentum debita, vel planè non, vel  
*tiones pa* non integra, vel non pura seu absq. gravamine (ut sunt verba  
*ventum,* *l. 30.*



*l. 30 C. de Inoffic. testam. remaneat illis liberis, quibus velin-*  
*quenda tamen erat eo modo, nec adimi justè poterat aut immi-*  
*nui. arg. dd. ll. 1, 2, 5. & 7. item 6. & 8. in pr. C. d. tit. de Inoffic.*  
*donat. Tales itaque donationes possunt tanquam inoffi-*  
*ciolas accusare liberi, & à Magistratu petere, ut revocen-*  
*tur per dd. ll. precipuè 5. & 7. C. d. tit. Utrum autem dona-*  
*tiones integræ revocari debeant, an eò saltem usque, quò*  
*quartam possint adipisci liberi legitimam totam & sine*  
*gravamine, seu onere aliquo, dubitatione non caret: Prius*  
*statuendum videtur ex l. 8. C. de Revoc. donat. Posterius sva-*  
*dent dd. sapius ll. præprimis 5, 7. & 8. C. de Inoffic. donat. ut ita*  
*non possit propemodum non animus hæc inter ancipitia*  
*fluctuare. Sed solvit hunc dubitationis nodum Dn.*  
*Gothofr. in marg. ad d. toties l. 5. C. d. modò tit. sub lit. o. distin-*  
*guendo, num extraneis factæ sint donationes, an uni vel*  
*quibusdam ex ipsis liberis: & utrum ante, vel post susce-*  
*ptos liberos. Si factæ sint ante susceptos liberos & extraneis,*  
*revocandas esse censet eas omnino totas. per d. l. 8. C. de Rev.*  
*donat. Sin factæ sint ex ipsis uni vel quibusdam liberis, & post*  
*susceptos jam liberos omnes, (ætate fortè decrepita) eatenus*  
*saltem revocandas putat, quatenus imminuant aut gravent*  
*quartam legitimam, liberis etiam reliquis debitam, per dd. ll. 5,*  
*7. & 8. C. d. tit. de Inoffic. donat. Par esto iudicium de donatio-*  
*nibus inofficiosus partim quibusdam ex liberis, partim factis ex-*  
*traneis, ut nimirum, si factæ sint post liberos omnes susceptos,*  
*revocentur usq; ad quartam legitimam completam, & maximè*  
*quidem, quatenus extraneis factæ sunt: liberorum enim*  
*causa favorabilior est: sin ante susceptos omnes liberos,*  
*tota rescindantur. Ratio distinctionis hæc esse possit, quòd*  
*aperitiùs constet ex donationibus factis post susceptos o-*  
*mnes liberos de parentis in singulos affectu, quàm factis*  
*eo tempore, quo plurium adhuc suscipiendorum spes su-*  
K
perfit.



perfit. Instituendæ veò querelæ donationis inofficiosa  
tempus est quinquennii, à morte donantis computandi:  
potestque interea temporis ad heredes eadem transmitti.  
*arg. l. 1. & 6. C. d. tit. junct. l. 34. in fin. & l. 36. in fin. C. de  
Inoffic. testam. & per textum clariorem in l. 9. C. d. tit. de In-  
offic. donat.*

*Per Inof-  
ficiosas  
heredū  
institu-  
tiones,*

LXXV. 2. Alienationem per inofficiosas heredum in-  
stitutiones, si contra defunctorum testamenta per inoffi-  
ciosi querelam agatur ab illis, quibus hæc actio (quemad-  
modum vocatur querela in *l. 15. §. 2. & l. 21. in pr. ff. de Inoffic.  
testam. item in l. 3. 12. & 14. C. eod. tit.*) competit. *tot. tit. ff.  
& C. de Inoffic. testam. Competit autem 1. & vel maximè li-  
beris defunctorum: sive à parentibus (patre vel matre, sine  
discrimine) hodie, jure novissimo expressè sint exheredati,  
sive cum mentione cuiusdam ex 14. in Nov. 115. c. 3. descriptis  
ingratitude erga parentes cause præteriti. (v.g. si scriptum  
extet in testamento: Filium meum, fortè Scium, non in-  
stituo, nec de eo mentionem facio, quia hanc vel illam  
contra me commisit ingratitude: aut institutis heredi-  
bus aliis, simpliciter scriptum extet: Filium meum Scium  
declaro hanc illamve ingratitude contra me commi-  
sisse.) ut proinde quartam legitimam, iure natura sibi debitam  
per *l. 36. C. d. tit. ex testantium dispositione institutionis titulo  
non habeant. d. Nov. 115. c. 3. & Auth. Non licet C. de Lib. ex-  
her. vel præterit: respectu enim intentionis ipsius testantis  
non potest sanè non idem esse, sive à parente filius apertè  
propter legitimam causam exheredetur, sive ab eodem,  
propter eandem causam, quam exheredationis esse novit  
ipse parens, non institui vel præteriri scribatur? & quilibet  
statim animadvertit hujusmodi præteritionis verba, verè  
vim & operationem exheredationis habere, quòd nec ex  
ipsa vi verborum, nec ex mente testantis aliud statui queat:  
ut**



ut rectè ratiocinatur Gomez, *Variar. Resol. tom. 1. c. 11. n. 3. circa fin.* Sed alia longè fuit horum ratio de jure antiquiori: illo namque, quocunque modo præteriti erant à patre liberi, nullum ipso iure testamentum erat: (quemadmodum est hodie, si sine causa mentione liberi prætereantur, aut exheredentur: ob non servatam formam præscriptam in d. Nov. d. c. & d. Auth. C. d. tit. unde ius competit testamentum dicendi nullum, secundum Gomez. d. *Variar. Resol. tom. & c. n. 34. vers. Hodie tamen & seq.*) quia necessariò oportebat à patre liberos expressè vel institui, vel exheredari: per elegantem l. 30. ff. de Liber. & posth. hered. instit. vel exhered. solaq; præteritio à matre, vel ex eius linea ascendentibus, quovis modo facta, vim exheredationis obtinebat. Vid. Laudatus Gomez. d. *Variar. Resolut. tom. & cap. n. 1. 3. & 35. 2. competit querela iure novissimo parentibus, à liberis suis (sine sexus discrimine) vice versa vel expressè exheredatis, vel cum mentione cuiusdam, ex 8. in d. Nov. c. 4. descriptis causis ingratitude erga liberos, præteritis, ut legitimam sibi debitam ex testamentum dispositione non habeant per d. toties Nov. d. c. 4. & arg. d. Auth. C. d. tit.* Sed horum etiam diversa de jure antiquiori fuit ratio: nam si matrem, aut ex eius linea ascendentem, quolibet modo, liberi præterierant, exheredationis loco erat ea præteritio, ut videre est adhuc ex l. 17. C. de Inoffic. test. Si verò pater, aut ex eius linea ascendens erant præteriti, à liberis in eorum potestate existentibus, ipso iure nullum erat testamentum: (ut est hodie, si sine omni causa mentione parentes à liberis prætereantur, ob defectum formæ ipsius præteritionis præscriptæ in d. Nov. d. c. 4. iuncta d. Auth. C. d. tit.) si ab emancipatis, competebat illis petitio bonorum contra tabulas testamenti. ex l. 1. & seqq. ff. Si à parent. quis manum, sit. Vid. rursus Gomez, d. *Variar. Resol. tom. & c. n. 36. 3. competit*

K 2 fratri.





fratribus & sororibus, germanis aut consanguineis, simpliciter, si  
pra illis instituta sint à testantibus personae turpes, & quoad  
hunc articulum, jure novo nil est immutatum. l. 1. ff. & l.  
21. nec non 27. C. d. saepe tit. de Inoffic. testam. Personae verò  
turpes quae sint, Judicis arbitrio non immeritò declaran-  
dum & aestimandum relinquitur. arg. l. 3. §. 1. & 2. ff. de Testib.  
Tempus hujus inofficiosi testamenti querelae quinquen-  
nium est, ab adita hereditate numerandum. l. 34. in fin. & l.  
36. §. 2. C. d. toties tit. de Inoff. test. Intra illud si quis eam  
moverit, operabitur hoc ea, ut testamentum, quoad insti-  
tutionem tamen heredum, hodie jure novissimo,  
non etiam quoad alia quae in eo continentur, rescindatur  
per d. multoties Nov. 115. c. 3. vers. Si autem fin. & Auth. Ex  
causa. C. d. tit. de Liber. praeter. vel exhered. Et si fortè, cui  
competit haec querela, intra tempus dicti decedat quin-  
quennii, nec eam movere ceperit, heredibus ejusdem  
eam movendi facultas non denegatur per l. 5. 7. 34. aper-  
tissimam & 36. §. 2. in fin. C. d. tit. de Inoff. test. Si verò vel  
semel quis defuncti iudicium in testamento ejus declara-  
tum agnoverit, (quod quibus modis fiat, docent l. 23. §. 1.  
& l. 31. §. 4. ff. d. tit. de Inoff. test. item l. 8. §. 1. C. eod. tit.)  
perdit querelam, nec in posterum ea potest uti. per dd. mo-  
dò ll. ff. & d. l. 8. §. 1. nec non l. 34. in fin. C. d. tit. Sed repeten-  
dum etiam hinc est altiùs, quòd, ut querebam inofficiosi mo-  
vere possint parentes aut liberi, (ad fratres siquidem & soro-  
res hoc non pertinere docet laudatus aliquoties Gomez.  
d. Variar. Resol. tom. & c. n. 39. circa fin.) necesse sit eis non esse  
relictam in testamento, & hodie quidem jure novissimo, titulo  
institutionis, maxime honorabili, maximeq; propter ius accre-  
scendi fru suo, quartam legitimam, ex d. l. 6. C. d. tit. iunct.  
d. Nov. 115. c. 3. in pr. ubi videndus est Dn. Gothofr. sub signo †  
post lit. u. ut & in marg. ad Nov. 18. c. 1. sub eodem signo † post  
lit.



lit. c. nam hæc si vel integra, vel ex parte tantummodo re-  
 licta sit eis, cessat querela: & quidem si relictæ sit integra &  
 absq; gravamine, secundum dispositionem. l. 30. & 32. C. d.  
 tit. tenentur ulteriori testamentum dispositioni vel in viti acqui-  
 escere: per d. Nov. 18. c. 1. in fin. si ex parte saltem sit relictæ,  
 cessat quidem hodie, de jure novo Codicis, inofficiosi que-  
 rela; sed competit ejus loco beneficium agendi ad supplemen-  
 tum, per conditionem ex lege, ut putat Dn. Rittersh. in com-  
 ment. nov. ad §. 3. Inst. de Inoff. test. pag. mihi 275. in pr. &  
 Schnobel. Diss. ad ff. s. th. 17. ubi hanc ad legitimæ supple-  
 mentum actionem expressè conditionem vocat ex con-  
 stitutione Justiniani in l. 30. C. d. tit. vel iudicio familia her-  
 ciscunda, vel hereditatis petitione, secundum Dn. Ludvvell.  
 Diss. Justinian. 8. in exeg. th. 8. sub lit. g. ut integram puramq;  
 consequantur. d. l. 30. l. 34 & 36. C. d. tit. in qua posteriori de-  
 cernitur etiam ex quibus rebus legitima suppleri debeat &  
 nimirum, quòd non ex legatis aut fideicommissis particulari-  
 bus; sed ex rebus ipsis hereditariis. Vid. ad eandem Dn. Goth.  
 in marg. sub lit. a. Quamvis autè hæc actio subrogata videat-  
 ur inofficiosi querelæ; arg. d. l. 30. C. d. tit. ejus tamen natu-  
 ram per omnia non sapit: non enim quinquenniū modò;  
 sed per 30. durat annos, ut probat Gomez. d. Var. Resol.  
 tom. & c. n. 26. in med. & Schnobel. d. Diss. & th. ex l. 3. C.  
 de Prescript. 30. vel 40. annor. Rationem diversitatis hanc  
 reddit d. loc. Gomez. quia non verè sit querelæ surrogata;  
 sed introducta potiùs hæc actio odio ipsius inofficiosi que-  
 relæ, & ut eam excludat, quòd non facilè ultimæ morien-  
 tium voluntates infirmentur. In eo tamen inofficiosi  
 querelam imitatur, quòd, ut illa, transit ad heredes. per  
 d. aliquoties l. 34. C. d. tit. Postremò tandem, ut præmissa  
 plenius intelligantur, dicendum est adhuc, quæ quantave  
 hodie, jure novissimo, sit legitima liberorum vel paren-



rum. Liberorum quidem legitima est, si numerus eorum quaternarium non excedat, 4. unciarum, i.e. tertia pars propria parentum substantia: si plures sint quam 4. libri, legitima est sexuncium, sive pars universae parentum substantiae dimidia, semperque legitima inter filios est aequaliter, habita tam qualitatibus, quam quantitatis ratione, dividenda. Auth. Novissima lege C. d. sapissime tit. & d. Nov. 18. c. 1. Parentum vero legitima certa lege determinata non est: ex DD. tamen sententia, ad imitationem legitime liberorum, si quaternarium numerum hi non excedant, indistincte tertia quoque pars universae singulorum liberorum substantiae constituitur. Vid. Dn. Rittershus. in Comment. nov. ad d. §. 3. Inst. d. tit. pag. mihi 276. in pr.

Facta spe. LXXVI. 3. Alienationem specialiter à debitoribus in  
cialiter fraudem creditorum factam, ut solidum non consequantur, si à  
in frau- creditoribus læsis, cum prius debitorum bona, quæ post  
dem cre- alienationem remanserunt, excusserint, & ex eis omnia  
ditorum debita solvi non posse certò perspexerint, actione Pauliana  
à debito- agatur ad revocationem. l. 38. §. 4. ff. de Usur. & fruct. &  
ribus, caus. & omnib. accession. & mor. & tot. tit. præcipue tamen  
l. 14. in pr. ff. Quæ in fraud. creditor fact. sunt. ut restit. nec non  
tot. tit. C. de Revoc. his, quæ in fraud. creditor. alien. sunt. Ne-  
cesse autem est, ut verè fraudulenter & in defraudationem  
creditorum facta sit alienatio: nam aliàs non revocatur illa.  
arg. tit. hac de materia concepti. in ff. & C. Vid. etiam  
Wurmbf. Observ. Practic. tit. 28. observ. 4. Hinc notanda  
sunt indicia, ex quibus hæc debitoris fraudulentia possit colligi.  
Talia sunt I. si quis alienet omnia sua bona, sciens esse se  
in ære alieno. l. 17. §. 1. ff. d. tit. Quæ in fraud. creditor. fact.  
sunt, ut restit. imò etiam, si majorem saltem partem bonorum  
suorum, vel res suas maximè pretiosas. Wurmbf. d. loc. Sed ex  
posterioribus his non nisi valde debilem nasci posse puto  
præ-



67.

præsumptionem contra debitorem alienantem, ni simul  
eò respiciatur, utrum inopia magna nec ne prematur ipse. 2. si,  
sciens se debere, res suas pro longè minori pretio, quàm valent,  
alienet, arg. l. 7. ff. d. tit. Vid. rursus Wurmbf. d. loco Sed hic  
rursus eò, quò paulò ante, respiciendum puto. 3. si in personas  
sanguine sibi vel aliter conjunctas res suas mediantibus alienet  
clandestinis & domesticis fraudibus, quibus potest quidvis  
facilè confingi. 4. si quis clanculum res suas alienet: quod  
enim fit clam, id merito suspectum est, cum rectè facienti  
nemo sit timendus. 5. si, qui perhibetur alienasse, nihilomi-  
nus in possessione semper remaneat. Post alios Dn. Rittersh.  
in comment. nov. ad §. 6. Inst. de Action. pag. mihi 587. circa fin.  
& similia his alia. Porro notandum venit, quò actio hæc  
Pauliana intentetur & adversus alienantem debitorem, &  
eum, in quem facta fuerit alienatio. per l. 1. in pr. l. 6. §. 8.  
l. 10. §. 5. & l. 25. §. 7. ff. d. aliquoties tit. hoc tamen observa-  
to simul discrimine, quò, si bona alienata sint adhuc in eo  
statu, ut recuperari possint, adversus eum agatur, qui ex  
alienatione facta res adeptus est, idque indistinctè, si facta  
sit alienatio per titulum lucrativum, ex l. 5. C. d. tit. de  
Revoc. his, quæ in fraud. cred. alien. sunt. si verò per onero-  
sum, non aliter, quàm si fraudis fuerit conscius & parti-  
ceps. ex d. l. 6. d. §. 8. l. 7. & l. 10. §. 2. ff. d. tit. junctâ modò d.  
l. 5. C. d. tit. exceptis paucis casibus, quos enumerat Dn.  
Rittershus. in comment. nov. ad d. §. 6. Inst. d. tit. pag. mihi  
587. in fin. & 588. in pr. Ratio diversitatis est, quò sollici-  
tus est priori casu de captando lucro, posteriori verò de  
damno vitando, ut proinde merito sit hic, quàm illic, ejus  
causa favorabilior: at verò, si jam in eum inciderint sta-  
tum, ut amplius recuperari nequeant, agatur adversus i-  
psum debitorem alienantem, ut teneatur in quantum fa-  
cere possit, ex bonis post excussionem fortè denuo com-  
paratis



paratis aut acquisitis, vel ut corporali subjiciatur poenæ.  
arg d. l. 25. §. 7. ff. d. tit. & juxta regulam in delictis obser-  
vandam, quæ vult, ut, qui non habet in ære, luat in corpore.  
ex l. 7. §. 3. ff. de Jurisdic. & l. 25. ff. de in ius vocand. Tempus  
actionis hujus Paulianæ annus est utilis, pro quo, sinè lo-  
corum discrimine, numeratur hodie quadriennium con-  
tinuum, secundum dispositionem D. Justiniani in l. 7. C.  
de Temper. in integr. restit. Computandum autem hoc qua-  
driennium est ex die factæ venditionis bonorum debito-  
ris, per l. 6. §. 14. & l. 10. §. 18. ff. d. sape tit. Quæ in fraud. cred.  
fact. sunt, ut restit. Post hoc temporis non extinguitur  
quidem; sed datur de eo tantum, quod ex hac alienatione  
fraudulenta pervenit ad aliquem, dolo ve malo factum est,  
quò minus pervenerit, & non in solidum amplius l. 10. §. 24.  
& l. 11. ff. d. tit. Tandem notari moretur etiam, hanc a-  
ctionem non solum ipsis creditoribus & adversus ipsos de-  
bitores competere; sed ad heredes quoque, & in heredes  
esse transitoriam. ex d. l. 10. §. 25. ff. d. toties tit.

Et Iudi- LXXVII. 4. Alienationem rerum, quarum vindicatio  
cū mutã- timetur, in potentiores, contentiosiores, aut in locis degentes  
di causa remotioribus, iudicij subsequenti mutandi causa factam, & ut  
facta. vindicaturus easdem difficilius ius suum possit obtinere; quip-  
pe si, cujus interest alienationem factam non esse, in ju-  
dicio se læsum queratur, in integrum primum iudicij cau-  
sam restitui jubebit Judex, cui Judicis jussui si reus non pa-  
reat, dabitur actori postea ex edicto speciali restitutorio  
ad hunc casum, in factum actio, in id, quod interest, per  
l. 3. §. 4. præcipuè verò per l. 8. in pr. ff. de Alienat. jud. mut.  
caus. fact. & l. unie. C. eod. tit. l. 1. in pr. & §. l. 2. & l. 3. in pr.  
ff. d. tit. Vid. quoque Clariss. Pac. Isagog. in ff. d. tit. num. 4.  
Hujus actionis tempus annus est, intra quem datur & he-  
redibus



redibus actoris, si lite nondum vel capta, vel finita, diem suum is obeat. *l. 4. §. 6. & l. 6. ff. d. aliquoties tit.* Utrum autem annus hic utilis sit an continuus, ex ipsis legum verbis non patet: plausibiliter tamen esse utilem colligit inde, quod & reliquæ ferè restitutiones hoc circumscribantur tempore, d. Pac. *Isagogicor. in ff. lib. 4. ad d. tit. n. 6.* unde sequitur elapso quadriennio continuo eandem expirare, secundum d. aliquoties in præmiss. *quibusd. thess. l. 7. C. de Temp. in integr. restit.* In heredes verò nunquam datur hæc actio. per *l. 5. ff. d. toties tit.*

LXXVIII. Tantum de alienatione irrita propter obstantem solam legem expressam, vel generalem, vel 2. *Vltima* specialem. Nunc agam de alienatione, ob prohibitivam testamenti dispositionem legibus approbatam, invalida. *um volū-* *Legibus approbatam hanc oportet esse prohibitionem; alias e-* *tas, rati-* *nim non valet, ut patet ex l. 38. §. 4. & l. 39. in pr. ff. de Le-* *onabilis* *gat. & fideicommiss. 3.* Ad hoc autem, ut legibus approbetur, & legibus requiritur, ut rationabilem contineat, legibusque publicis seu approb. *Reip. consentaneam causam: quod haud obscure l. innuit 114. ta.* §. 14. *ff. de Legat. & fideicommiss. 1.* Talis esse censetur, si testator alienari prohibeat immobilia: ut nimirum à maioribus per multas successiones translata, penès familiam, ad ejusdem splendorem, perpetuò conserventur, & si contigat eos inopia premi, digna liberis aut posteris ex eis alimenta præstentur: ideoque satis est faciendum huic testatoris placito, secundum *l. 69. §. 3. & l. 77. §. 27. ff. de Legat. & fideicommiss. 2.* Ast verò, si non expressè hanc testator causam inseruerit testamento, inspicienda, nec obiter, erit, tum rei, cuius prohibuit alienationem, tum personarum, quas heredes instituit, qualitas, an ex ea quicquam huius possit colligi, quapropter alienationem meritò interdixerit. *arg. d. l. 114. d.*

L

§. 14.



30  
§. 14. ff. d. tit. de Legat. & fideicommiss. 1. Contra ejusmo-  
di prohibitionem si nihilominus alienarint aliquid qui-  
dam ex heredibus, in fideicommissi causam res cadit, & re-  
liqui, qui contra testatoris dispositionem nil fecerint, ali-  
enatum poterunt reperere, tanquam relictum sibi per fi-  
deicommissum. juxta d. l. 69. d. §. 3. & d. l. 77. d. §. 27. ff. d.  
tit. de Legat. & fideicommiss. 2. Probè tenendum tamen est,  
excipi ab hac, ut quavis alia, prohibitione casum necessi-  
tatis, quippe quæ cuncta perfringat repagula, nec ulla pa-  
tatur vincula, quemadmodum dudum jam monui supra  
th. 48. ubi de rebus egi dotalibus, easque rebus accensui  
speciali quodam respectu inalienabilibus. Sub necessitatis  
autem casu comprehenditur etiam ille, si vetustiore cau-  
sam ipsa prohibitione habeat alienatio. per l. 13. ff. Famil.  
hercisc. tunc etenim ex quadam quoque, nimirum obliga-  
tionis, necessitate erit adimplenda: cum quælibet leges ad  
negotia saltem futura, non etiam, nisi expressè cautum sit  
illud in iisdem, pertineant ad præsentia, multo minùs præ-  
terita. ex l. 7. C. de LL. & Constit. Princip. & edict. Imò ob-  
servandum etiam est ex d. l. 77. d. §. 27. ff. d. tit. de Leg. & fi-  
deicommiss. 2. quòd, si omnes testatoris heredes ejus vo-  
luntati, nihil ex rebus alienari prohibitis alienando, pa-  
ruerint, & novissimus omnium sinè relictis decedat libe-  
ris, fideicommissi causa evanescat, nec alienatio possit ul-  
teriùs impediri.

3. *Paçta* LXXIX. Restat nunc ut dicam de alienatione inu-  
*convèta* tili propterea, quòd obstant ei paçta conventa inter vivos,  
*inter vi-* & sic filum hoc tractationis de alienationis prohibitione  
*vos, rati* prorsus abrumpam. *Hac paçta non contra leges Civiles, nec*  
*onabilia, contra bonos mores, nec nuda, si ve sinè omni omnino causa oportet esse; sed equam quandam rationabilemque causam comple-*  
*legibusq; tet esse; sed equam quandam rationabilemque causam comple-*  
*Civilib9* *plecten-*



*Etentia: scēus enī hāndquicquam operantur. l. 7. §. 16. l. & bonis*  
*27. §. 4. in pr. l. 28. in pr. & l. 61. ff. de Pact. l. 6. C. eod. tit. Lex moribus*  
*61. tamen ff. d. tit. explicari breviter meretur. In ea defini. consor-*  
*tur, quod paciscendo nemo possit efficere, ne quis invito*  
*vicino prædia sua vendat: videlicet id intelligendum est,*  
*si paciscens ipse neque mandatum habeat à vicino, nec*  
*ipsius quicquam intersit, utrum vendantur prædia nec ne,*  
*adeoque paciscendo nudè, & sinè causa rationabili: quam*  
*meritò capit interpretationem ex l. 15. in pr. ff. de Servit.*  
*quæ liquidò demonstrat, pactam etiam hoc modo (citra*  
*paciscentis utilitatem) servitutem, nil valere. Rationem*  
*reddit ad d. ffor. tit. n. 3. Weseembec. eam, quia sic pacisci,*  
*fit solùm invidentis prosperis alienis; minimè verò sibi*  
*commodantis: qualis inhumanitas ac malitia neutiquam*  
*est toleranda. Sed si pacta sint æqua, causamque contine-*  
*ant rationabilem, alienandi potestatem sistere possunt, aut*  
*infirmare, per l. 9. C. de Pact. int. empt. & vend. compos. quæ*  
*& elegantes hujus subjicit juris rationes. Sic valet & ser-*  
*vanda est pactio, de non alienanda à debitore re pignori*  
*obligata. l. 7. §. 2. ff. de Distract. pignor. nam paciscentis hoc*  
*creditoris interest, illam non alienari: posset enim in ho-*  
*minem fortè litigiosum alienari, vel rerum suarum incu-*  
*rium, per cujus negligentiam res multis modis posset fieri*  
*deterior, aut aliàs incommodum: adeoque justam conti-*  
*net & rationabilem hæc pactio causam. Quinimo, si tale*  
*pactum servandum non foret, quid prodesset creditori jus*  
*pignoris in securitatem crediti constitui, qui nihil magis*  
*eo securus esset, quàm si planè cautum ei non fuisset, si li-*  
*ceret debitori pignus alienare, remanente saltem illi con-*  
*tra hunc actione personali? Sic valet pactio conductoris,*  
*ne locator fundum vel ædes ante finitum locationis con-*  
*ductio-*



ductionis tempus alienet: interest enim ipsius conductoris hoc pactum servari, ne præmaturè expellatur à locatore, unde multa perciperet damna. Vid. Johann à Sande *de prohib. rer. alienat. part. 4. c. 1. num. 5.* Eandem prohibitionem, de qua modò tractatur, tacitè quoque complectitur pactum de retrovendendo, contractui emptio- nis - venditionis adjici solitum: nam cum ex eo teneatur emptor rem venditori, si pretium refundat is, restituere, secundùm *l. 12. ff. de Prescr. verb. & in fact. act. & l. 2. C. d. sit.* hinc facile intelligitur, eundem teneri rem emptam ex suo dominio non dimittere, ob causam hanc rationabilem, quò possit ad restitutionem semper esse paratus. Sic conventio, quæ donator sub hac conditione, ne donatarius rem donatam rursus alienet, donat, quam maximè est servanda. *l. 3. C. de Condict. ob caus. dator.* videtur enim donator ob hanc ipsam causam, ne ad alios quàm sibi charos, res, quam habuerit in pretio, perveniat, eandem rationabiliter hac sub conditione donasse. Simile sit de similibus iudicium. Sed si nihilominus contra pacta legitima & rationabilia prohibitus alienaverit, qui pactus est rem non alienari, pro diversitate contractuum, aut negotiorum, quibus pactum accesserit, aliorum, diversas habet adversus eum actiones. *Ex simplicibus verò pactis, nec aliis adiectis negotiis, non actiones de iure competunt Civili; sed saltem exceptiones, per l. 7. in pr. & §. 4. ff. d. tit. de Pact. l. 10. C. eod. tit. & l. 27. C. de Loc. & conduct. hodiernis tamen moribus, ex quovis pacto licito, serio inito, actionem dari, testis est Schnobel, Disp. ad ff. 2. th. 26.* Illud postremò, quod th. proximè præcedenti, de casu necessitatis, & quò alienatio prohibitione antiquiorem causam habet, dixi, repetendum hîc esse moneo.



LXXX. Jam, ad alienationem legitimè perficiendā Membrū  
 dam quæ in universum requiruntur, copiosè satis pertra- s. & po-  
 ctasse me nullus dubito; addam ergo etiam & declarabo *stremum*  
 (quod laboris unicè superest) *Perfecta decenrer alienatio tractati-*  
*rerum corporalium quid operetur.* utar autem, qua potero, onis prin-  
 brevitatē, cum discursum hunc dudum excreſcere videam *cipale*.  
 ultra intentionem meam, differamque paucissimis saltem *De Rerū*  
*de rerum alienationis effectibus.* Accuratè quidem loquendo, alienati-  
 facta rerum alienationis unicus saltem generalis; sed egre- onis effe-  
 gius est effectus, ipsius nempe translatio dominij. l. 1. C. de Fund. etibus:  
 dol. qua res, cuius fuerunt, esse desinunt, & alterius esse inci- quorum  
 piunt: quod enim alienando quispiam amittit, id alius unus sal-  
 acquirit, inquit Clariss. Pac. in *Isagog. ad tit. Inst. Quib. rem est*  
*alien. lic. vel non num. 1.* Hinc rebus domini prioris alie- genera-  
 nata non ampliùs annumerantur etiam; sed numero re- lis, nēpe  
 rum domini subsequentiſ adjiciuntur: ex manifesta rati- Transla-  
 one l. 52. ff. de A. R. D. quia prior dominus, ad recuperan- tio domi-  
 das eas actionem non habet; dominus verò posterior, nū;  
 justam habet contra priorem eas repetentem, & alios ex-  
 ceptionem: cum, quæ legitimè seu jure gesta sunt, ex-  
 pressis infirmari vetent verbis, l. 3. C. de Repud. l. 25. C. de Ad-  
 ministr. tutor. vel curat. & pec. pupill. scener. vel depon. & c. Sed quæ  
 73. de R. I. in 6. Caterùm generalis hic effectus duos includit *Specialio-*  
 alios specialiores: siquidem, qui dominium consecutus est ex alie- *res duos*  
 natione, is 1. habet imposteram liberrimè (quatenus tamen *includit:*  
 impedimenta communia: lex, testamentum aut pacta *1. Facul-*  
 inter vivos, secundùm l. fin. C. de Reb. alien. non alienand. & *tatem de*  
 de prohib. rer. alienat. vel hypoth. non obstant.) de rebus in se *rebo nu-*  
 alienatis disponendi facultatem: hæc enim ex dominio *per ac-*  
 prono profluit alveo, & simul ac dominus quis, liberr *quisitis*  
 mus quoque rerum suarum moderator fit ac arbiter: id *liberè di-*  
 quod *sponendi.*

L 3





quod non Juri modo Civili; sed & rectæ convenire ratio-  
ni, discere est, cum ex l. 21. C. Mandat. tum verò præcipue  
ex l. 2. ff. Si à par. quis manumiss. sit. Hinc eas iterum potest  
alienare, locare, oppignorare, vel alio modo alteri obli-  
gare, modo ne quid, ut monui, fiat contra leges, ultimam  
2. Facul- testantium voluntatem, vel inter vivos pacta. 2. si res ac-  
tatem a- quisita sorte rursus amittantur, & ad alios perveniant, actio-  
missas nem ad illas habet recuperandas, Rei Vendicationem: per l. 23.  
per Ven. in pr. ff. de Rei vendic. quæ genuina quoque dominij nota  
dicatio. est, & ejus solo nititur fundamento. arg. l. 49. §. 1. ff. d. mo-  
nè recu. dō tit.

perandi.

Conclusio

Age, jam metam ferio: proinde discursus  
cursum sisto, gratias agens Aeterno Numi-  
ni, pro benignè suffectis ingenij viribus, sup-  
plicans in super eidem, ut non hoc modo; sed  
omne conamen meum, dirigat feliciter ad  
Sui gloriam Nominis, proximi salutem  
& mei ipsius emolumen-  
tum.

F I N I S.





74.







Faint, illegible text is visible on the page, appearing as bleed-through from the reverse side. The text is arranged in several lines and is too light to be transcribed accurately.













Hehnstedt, Diss., 1660

ULB Halle  
006 570 364

3



Sb.


VD17











B.I.G.

Farbkarte #13

JURIDICUS  
 M COR-  
 M INTER  
 ALIENA-  
 NE,  
 E M  
 NTE DEO,  
 RESIDIO  
 NNIS Etcheln/  
 PANDECTARVM  
 II, ET h. t. HUIUS AL-  
 LIÆ PRO-RECTO-  
 GNIFICI,  
 toris, & Fautoris fui  
 venerandi.  
*tionis subjiciet*  
 O R  
 de la BRASSIN  
 B.  
 APRILIS  
 O NOVO  
 )  
 STADI,  
 HEITMULLERI  
 b c LX.

1660, 2  
3

27

